

## Prima pars Decreti.

**6 In Glossa verbo, Meus.** Nota ex  
verbis, *Meum*, natura sua denotare dominium,  
quam ad hoc dicit singulare*Corsetus in singul.*  
verbo, *meus*, in principio, quod solum procedit  
habito respectu ad præsens tempus, non autem  
ad futurum. Casus est in l. si ita ss. de auro, &  
argento legato, ubi stetuitur, quod si testator dicat,  
*Iego vestem meam, & argenium meum*, debetur tan-  
tum vestis, & argentum, quæ erant tempore  
clementi.

**C A P. Quæ contra mores. II.****S V M M A R I V M.**

- 1 *Contra ius naturale nulla consuetudine agere licet.*
- 2 *Peregrini ligantur statutis loci.*
- 3 *Si condunt testamentum, debent servare formam loci.*
- 4 *Transcuntes sine solutione gabella, an debeant puniri?*
- 5 *Subditi an sint partes suæ Reipub?*
- 6 *Advenæ, an obligentur legibus loci in quo morantur?*

**I**N textu. Collige ex textu adversus naturale ius nulla consuetudine agere licere, quia si consuetudo nutrit peccatum, de se est irrationalis, & servari non potest sine peccato, etiam si conveniret iuri civili, quia bonum animæ præpondet bono temporali. *Sylvest. verbo, Consuetudo* §. 1. nu. 2, ad med. *Gregor. Lopez part. I. tom. 2. l. 3. Glossa* 1. qui textum referulit, & eius materia prosequuntur, *Petrus Raven. de consuetud. sect. 3. nu. 51. Suar. de legib. lib. 7. cap. 6. nu. 4. Navar. de redditib. ecclesiast. q. 1. monito 24. nu. 1.* Adde posita ad cap. *Mala consuetudo* nu. 1. infra hac eadem dist. late *Salas de legib. disp. 19. sect. 6. nu. 44. Azor* tom. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 17. q. 1. & 2. An vero contra ius gentium possit consuetudo præscribere? Videatur *Azor d. cap. 17. q. 4. Salas d. sect. 6. nu. 65. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 251. Tusch. tom. 2. conclusione 806. nu. 43.*

**2 Ibi, Aut perigrini.** Ergo peregrini, & advenæ ligantur perinde, ac cives statutis loci: facit *Glossa* verbo, debent, in l. 3. ff. de muner. & honorib. quæ ponit hunc versum.

*Terra ad quam pergis cape mores, quos ibi cernis.*  
Vide late *Sanches lib. 3. de matrimon. disp. 18.* qui hunc textum citat nu. 4. & tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 12. & nu. 19. Adde *Navarr. in Manual. cap. 13.*

nu. 5. vers. Inferitur tertio, & cap. 23. nu. 120. Hen-  
riq. in summ. lib. 7. cap. 13. nu. 8. latissimè Bart.  
in l. Cunctos populos à nu. 14. Cod. de summa Trinit.  
ubi Ias. à nu. 55. & post alios Decian. tract. crim.  
lib. 2. cap. 35. nu. 21. & 26. cum quo ampliabis,  
& limitabis. Optimè *Suar. lib. 3. de legib. cap. 23.*  
nu. 3. & seqq. qui efficaciter probat leges ali-  
cuius territorij obligare advenas dum ibi exis-  
tunt, tam quoad vim directivam, quam quoad  
vim coactivam, & iom. I. de religione lib. 2. cap.  
14. nu. 9.

Vnde advena, qui in territorio alieno facit  
testamentum, aut contractum, debet in illis ser-  
vare formam præscriptam per leges illius reg-  
ni: ac proinde si forma illa non sit servata, cō-  
tractus, aut testamentum erit irritum, etiam ab  
extraneo factum, quia illa lex est regula talis  
actus, quoad vim obligandi, ratione loci. Ergo  
etiam ibi obligat ad servandam formam ope-  
randi, quam præscribit, & sicut ibi habet vim  
puniendi, ita etiam vim irritandi. Docent Bart.  
& Iaso. ubi supra. *Felin. in cap. 1. de sponsalib. nu. 2.*  
23. & seqq. Optimè *Abb. consil. 52. p. 2. Sylvest.*  
verbo, *consuetudo. num. 23. in fin. post alios Suar.*  
*lib. 3. de legib. cap. 33. nu. 13.* quod tamen limi-  
tandum est in contractu dotis, ut per *Sanch. d.*  
*lib. 3. disp. 18. nu. 11.*

Vtrum autem forenses, & advenæ per tran-  
seuntes sine solutione gabellæ debeant puniri  
Vide post alios *Menoch. de arbitrat. lib. 2. casu 397.*  
nu. 7. qui ait, hoc judicis arbitrio esse termi-  
nandum: sed verius absolute resolvit *Sanches te-*  
*néri forenses ad gabellas solvendas sine judi-*  
*cis arbitrio d. disp. 18. nu. 12.*

**Ibi, Turpis est pars.** Sunt ergo sub-  
diti partes suæ  
Reipub. De quo vide *Sym. de cathol. cap. 4. à prin-*  
*cipio, & nota Navarr. conf. 7. nu. 11. in fin. de jur.*  
*patronat. edit. 2. incipit S. Franciscus.*

**In Glossa, Peregrini, ibi, perpe-  
tuò habitantes.** Innuit *Glossa* advenas  
non obligari legibus lo-  
ci, in quo morantur, nisi perpetuò habitaturi  
illuc accedant, cuius meminit *Comitolus respons.*  
*moral. q. 57. nu. 2. Suar. tom. 1. de religione lib. 2. cap.*  
*14. nu. 2. Contrarium tamen ex eorum senten-*  
*tia, & ex ijs, quæ scripsimus nu. 2. & 3. tenen-*  
*dum est. Adde posita ad cap. Illa, infra dist. 12.*

**C A P. Mala consuetudo. III.****S V M M A R I V M.**

- 1 *Pernitiosa consuetudo est evellenda.*
- 2 *Malis principijs est resistendum.*
- 3 *Ius retractus, an sit licitum?*

**I**N textu. Docet Nicolaus Pontifex pernitosam consuetudinem esse evillendam, de quo ultra posita in cap. Qua contra mores num. 1. supra hac eadem dist. Vide Promptuar. juris p. 1. verbo, consuetudo littera T. ubi textum hunc refert, & eius materiam prosequitur Petrus Raven. de consuetud. sect. 2. nu. 43. Graffis in aureis decision. p. 2. lib. 3. cap. 19. nu. 48. Rebus. ad leg. Gallia 3. tom. in prefat. tit. de consuetud. nu. 44. & nu. 8. Abb. in cap. Cum venerabilis, nu. 4. de consuetud. & in cap. Cum consuetudinis nu. 3. in fin. & in cap. Cum tanto nu. 4. eodem tit. Adde textum in Auct. Habita, cum Glossa in verbo perversa consuetudine. Cod. Ne filius pro patre, lat. Tuscb. tom. 2. conclusione 813. per totam.

**Ibi, celerrimè compressæ.** Nota quod malis principijs est resistendum, namq; cum crima incipiunt veterare, assumuntur in privilegium, atq; difficulter tolluntur. Iuvat illud Arist. Ethic. 5. qui dicit iste pusilliates, quæ latenter in Repub. subcrecent interdum in magnum quid evadunt, si negligantur, & Ethic. 10. cap. 9. ait, Consuetudo multo tempore, & que moribus sunt impressa, aut non possunt mutari, aut non facile mutantur. Vnde Cic. 5. Philip. ait. Omne malum nascens facile opprimitur, inveteratum, fit plerumq; robustius. Flumina non statim ab ortu suo magna sunt, sed plerumq; augmentur in cursu aquis undecumq; acceptis, comprobat Ovid. lib. 5. de remedio amoris.

Principijs obsta sero medicina paratur.

Cum mala per longas convallere moras.

**Hoc maximè in hæresi servandum est,** ut scintilla statim extinguitur ignis: Si Lutheri illa scintilla, quæ ex tartaro in terras insulæ statim fuisset extincta; non exarsisset tot animarū incendium. Si spina illa fuisset protinus eradicata, dum tenera erat, neq; cresceret in magnu, nec fuissent ex ea tot spinæ ortæ, tot hæreses, tot Novatores, veræq; atq; antiquæ Apostolorum, & Patrum fidei hostes: ut conceptis verbis exclamat Barradas in Itinerario filiorum Israel, lib. 4. cap. 17. nu. 3.

## CAP. Veritate. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 Veritas consuetudinem excludit.
- 2 Clericus imperitus, an possit præbenda spoliari?
- 3 Rex contra clericos inquirere nequit.

**I**N textu. Nota ex illo, quod nemo consuetudinem rationi, & veritati debet præponere, quia consuetudinem ratio, &

veritas semper excludit: prosequuntur latè proprium juris tom. 1. verbo, consuetudo littera T. Rochus de consuetud. sect. 1. nu. 14. Rebus. ad leg. Gallia in prefat. tit. de consuetud. nu. 44. Graffis in aureis decision. p. 2. lib. 3. cap. 19. nu. 48. Adde posita ad cap. Si consuetudinem nu. 1. & ad cap. Qui contempta, nu. 1. & ad cap. Frustra nu. 1. infra hoc dist.

**Ibi, Manifestatæ.** Facit iste textus ad questionem, quam movet Joan. Andr. post Gofred. in addit. ad speculatorum tit. de præbend. in principio; de clero imperito, cui Episcopus dedit præbendam, putans eum idoneum; & de vassallo cui dominus dedit fœudum credens illum virum bonum, qui tamen repertus est vilis, & inutilis, an manifesta veritate, possint isti tales præbenda, & fœudo spoliari? Negativam partem tuetur Joan. Andr. ubi proxime, cui subsciberem, nisi obflaret expressum decretum Concil. Trid. sess. 7. cap. 3. ibi. Beneficia ecclæstica præsertim sursum animarum habentia personis dignis conferantur; aliter autem facta collatio sive provisio omnino irritetur.

**Ibi, Nemo.** Quod verbū omnes personas videtur comprehendere, unde non potest consuetudo operari, ut Rex contra clericos inquirere valeat, de quo agit late Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 10. & tenuit Rota decis. 10. aliás 840. de consuetud. in antiquis, ubi concluditur non valere consuetudinem Anglicanam, quod Rex habeat jurisdictionem in clericos solutos, tam in criminalibus, quam in civilibus.

## CAP. Si consuetudinem. V.

S V M M A R I V M.

- 2 Consuetudo veritati est postponenda.
- 2 Ex consuetudine cōpetit ius excipiendi.

**I**N textu. Tenet Grégor. quamlibet consuetudinem veritati esse postponendam, de quo vide quæ scripti ad cap. supra proximum nu. 1. & ad cap. Qui contempta nu. 1. & ad cap. Frustra nu. 1. infra eodem. Adde textum in l. Consuetudinis, Cod. quæ sit longa consuetudo, & quæ circa illum tradit Madera lib. observat. cap. 5. nu. 2. Vsq. 1. 2. disp. 177. cap. 7. nu. 59. & seqq. late Tuscb. tom. 2. pract. conclusione 815. latius Azor tom. 1. inslit. moral. lib. 5. cap. 19. per totum. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 246.

**In textu ibi, Opponas.** Ergo ex consuetudine competit ius excipiendi; notabis tamen, quod aut tale ius excipiendi rescindit ius actus ipso iure, & tunc non est necesse quod alii

qua proponatur exceptio, sed sufficit quod con-  
suetudo probetur; namque non est necessarium, quod  
pacatur a jure, ut rescindatur illud, quod a  
jure rescinditur. *I. Quae sub condit. §. fin. ff. cond. inst.*  
aut non sic rescindit, sed tribuit tantum ius ex-  
cipiendi, seu excusandi, & tunc debet proponi  
intra tempus statutum a jure: argumēto, text. *in*  
*I. Ciues Cod. de appellat.* & adde quod consuetu-  
do potest probari per testes, de quo *Roch. in cap.*  
*VII. de consuetud. sect. 8. nu. 21. scripsimus ad cap. Cō-*  
*suetudo nu. 6. supra dist. 1.* Adde latissimē *Tuschum.*  
*tom. 2. practic. conclusione. 790.*

## CAP. Qui contempta. VI.

S V M M A R I V M.

1. *Veritate revelata, consuetudo cedere de-  
bet.*

2. *Revelatio quomodo probetur?*

3. *Petrus an dignè reprehēdatur de simu-  
latione quam fecit, ad Galat. 2. n. 11.*

4. *An peccauerit in illa simulatione sal-  
tem venialiter?*

5. **N** textu. Collige ex textu quod veri-  
tate revelata, consuetudine  
ei cedere oportet, ad quod refert hunc tex-  
tum *Promptuar. juris tom. 1. verbo, consuetu-  
do in Glossa littera T. post med.* Adde *textus in cap.*  
*Cum venerabilis §. post modum de consuetud. Salas de*  
*legib. disp. 13 sect. 1. num. 6. vers. Fundatur, & disp.*  
*19. sect. 5. nu. 47. & seqq. & quæ scripsimus ad*  
*cap. Si consuetudinem nu. 1. supra eodem.*

6. **Ibi, Veritas revelatur.** Intellige eo  
casu, quo de  
revelatione apparere possit aliqua evidenti ra-  
tione, sive autoritate sacrae Scripturæ, aut con-  
firmatione alicuius miraculi, ut est textus, *in*  
*cap. Cum ex iniuncto vers. Quod si forte de baret; aliás*  
*non est credendum, cap. Placuit. vers. Namq; per*  
*somnia, de consecrat. dist. 1.*

7. **Ibi, Petrus cessit Paulo.** Ecce tex-  
tus contra  
D. Hieronymum, qui in quadam epistola ad  
Augustinum tenebat, quod Petrus non fuit dignus  
reprehensione in illa simulatione, quam fecit  
*ad Galat. 2. nu. 11.* Eandem opinionem virille  
Sanctissimus in magnis commentarijs eiusdem  
epistola ad Galat. quæ habentur *in* 6. *tom*  
defendere conatur; quam sententiam tradide-  
runt etiam Chrysostomus, & Theophylactus in  
eādem epistolā. Ex scholasticis pro viribus de-  
fendit Adriani, *in* 4. q. 1. *debaptismo, sed aperie in*

præsenti hæc opinio ab Augustinum improbatur;  
qui in multis epistolis de hac re cum Hierony-  
mo contendit, quæ inter eius epistolas ha-  
bentur ab octaua usque ad 19. Sententiam tamen  
ipsius ex Epist. 19. clarius, quam ex alijs collige  
licet, cui omnes scholastici adhærent D.  
Thom. 1. 2. q. 103. art. 4. ad 2. Bonavent. in 4. dist.  
3. art. 2. q. 2. Scot. eadem dist. q. 4. §. quantum ergo.  
Sot. lib. 2. de iust. q. 5. art. 4. ad 3. membrum primi  
argumenti, sequitur plures Vasq. 1. 2. disput. 132.  
cap. 3. nu. 27. quem latissimè vide cap. 4. 5. & 6.

Sed dubitatur, qua ratione Petrus fuerit dig-  
nus reprehensione? Augustinus locis allegatis  
admittit in Petro aliquod peccatum reprehensione  
dignum, sequuntur D. Thom. Bonavent. Scot.  
vbi proximè Durand. in 4. dist. 1. q. 9. nu. 7. & 8.  
Palad. q. 6. art. 5. conclus. 4. Gabr. q. 4. art. 3. dub.  
3. Maior dist. 3. q. 2. §. Circa illud. Nullus tamen  
dixit, peccatum illud fuisse mortale, inīd multi  
affirmant fuisse tantum veniale, quia re vera  
usus cæmoniarū non erat tunc omnino pro-  
hibitus, sed quia incaute, aut intempestivè usus  
fuerit Petrus cæmonijs legis. Quam opinio-  
nem probabilem judico, cum tot, & tantis fir-  
metur authoribus, quibus addo latissimē Salme-  
ron super illa verba ad Galat. 2. nu. 11. *Si tu ju-  
dauis cum sis gentiliter vivis, tom. 15.* Placet tamen  
magis Vasq. d. disp. 182. cap. 7. num. 56. & seqq.  
Existimatis recte quidem Petrum admonitum  
fuisse, & reprehenum a Paulo, etiam si nullius  
peccati, neq; venialis apud Deum ipse Petrus  
reus fuerit, quod ait publicè docuisse in Colle-  
gio Complutensi anno 1582. quem latè videbis.  
interim ratio sit, quoniam culpa illa non pote-  
rat esse mortalis, cum iam Petrus esset in gra-  
tia confirmatus; non venialis, quia neq; ex in-  
tentione operantis, neq; ex objecto talis colli-  
gatur. Fecit ergo Petrus aliquid, quod non ex-  
pediebat, quanvis liceret, neq; enim hæc duo  
inter se repugnant, teste eodem Apostolo. Pau-  
lo, 1. Corinth. cap. 6. nu. 12. *Omnia mihi licent, sed*  
*non omnia expedient.* Et in hoc tantum defecit, ju-  
dicando magis expedire, quod minus expedie-  
bat, quanvis semper ageret, quod licebat, atq; ob  
hunc defectum tam exiguum, fuit à Paulo  
reprehensus, lege Etat. de legib. lib. 9. cap. 20. à  
nu. 19. Franciscum de Mendoça tom. 2. in lib. 1. Regū:  
cap. 3. vers. decimo octavo, annot. 6. sect. 3. nn. 9. &  
10. ubi in commendationem Petri, atq; eius hu-  
militatis, quæ in hac ferenda reprehensione il-  
luxit, multa adducit ex S. Cypriano in epistola ad  
Quixitum, de baret. bapt. ex Gregor. Magn. lib. 28.  
cap. 6. aliás 12, & homil. 18. in Ezechiel.

CAP.

## C A P. Frustra. VII.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Consuetudo veritati frustra opponitur.
- 2 Veritas consuetudine firmatur.
- 3 Consuetudo quomodo introducatur?
- 4 Consuetudo an requirat scientiam Principis?
- 5 Consuetudo debet à maiori parte cōmunitatis observari.

**I**N textu. Dicit in præsenti August. cōsuetudinem veritati frustra opponi, de hac quæstione agunt *Promptu. ir. juris, verbo, consuetudo littera T.* ubi nonnulla. Adde textum in cap. Ex parte in principio de consuetud. & vide *Roch. in cap. Vlt. de consuet. sect. 7. à nu. 18. & sect. 1. nu. 14.* Petrum Raven. de consuetud. sect. 2. nu. 13. Abb. in cap. *Vlt. nu. 14. de consuetudine,* & ibi, *Anchar. nu. 6. ad med.* & nu. 7. vers. Sed hic 3. Abulens. in *Genesim cap. 29. vers. Ad argumentum.* *Tusclus tom. 2. conclus. 813.* Adde textū in cap. Ex parte in principio de consuetud. & posita ad cap. *Mala nu. 1. cap. Veritate nu. 1. cap. Consuetudinem nu. 1. cap. Contempta nu. 1. supra eodem.*

**2 In fine textus, ibi, Firmius.** Nota quod nihil est firmius, quam veritas, consuetudine firmata, & munita, usus enim populi maximè firmat legem: conducunt quæ latè tradit *Tusclus tom. 2. practicar. conclus. 811. & 806. Reginald. in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 245.*

**3 In Gloss. verbo, Cōsuetudinem.** Agit Glossa quomodo consuetudo introducatur, & firmetur, de quo ultra posita in cap. Consuetudo dist. 1. num. 5. vide *Lopez p. 1. tit. 2. l. 3. Glossa 1. Miles in Repertor. verbo, consuetudo. Cotta in memorab. verbo, consuetudo. Bald. conf. 401. incipit In fœudo vol. 5. & conf. 349. incipit Si hoc, eodem vol: & post Abb. Glossam, & alios, vide *Roch. in cap. Vlt. sect. 2. nu. 20. de consuetudine, & posita ad cap. Consuetudo dist. 12. nu. 3.**

**4 In Glossa ad medium, ibi, Eo animo fiant.** Igitur ad inducendam consuetudinē requiritur, quod actus fiat eo animo, ut consuetudinem inducat, sequitur Abb. in cap. *Fin. vers. Septimò requiritur de consuetudine,* tenet per plura *Calderin. conf. 39.* quod est primum de consuetudine, *Roland. conf. 13. nu. 17. lib. 4. Menoch. conf. 187. nu. 57.* Contraria opinio, quod non requiratur declaratio animi, sed sufficiant actus gesti, mihi magis

arridet, quam tenet *Graveta conf. 658. nu. 19* ubi alios refert, maximè *Guido Pap. conf. 131. in principio,* prosequitur post alios *Tuscl. tom. 2. conclus. 795. nu. 21. & seqq.*

**In Glossa eadē ad fin. ibi, Item 5 scientiam Principis.** Docet *Gloss. quod ut consuetudo introducatur requiritur scientia Principis.* Contrarium docuit *Glossa, verbo, abrogata in fine, in §. Leges 4. dist. & hæc Glossa cōmunitate reprobat, telle Rebus. ad leg. Gall. 3. tom. in præfat. tit. de consuetudine nu. 36;* illam tamen defendit *Vasq. 1.2: disp. 177. cap. 2. nu. 19.* Sed opinio *Rebuti* magis omnibus probatur, ut post *Antonin. Conradum,* & alios tradit *Salas de legib. disp. 19. sect. 4. nu. 37. ad fin. & nu. 40. Azor tom. 1. insti. moral. lib. 5. cap. 17. vers. Septimo queritur, qui plures refert; & vers. Nono queritur. Sanches vero non probat desiderari scientiam Principis, ut consuetudo obtineat vim legis, *tom. 3. de matrimon. lib. 7. disp. 4. nu. 12. & 14. & disput. 17. nu. 7. & disp. 82. nu. 20.* Ego ex illico non requiri consensum Principis, quando consuetudo præscripta ius inducit; si tamen consuetudo non prævaleat ex vi præscriptionis, tuuc requiri consensum personalem, seu scientiam Principis, probat utrumq. *Sum. de legib. lib. 7. cap. 13. nu. 7. & nu. 11.* In urbe Romæ nulla consuetudo probatur, nisi consensu Apostolico firmata sit, tradit *Ias. in l. Cunctos populos nu. 52. C. de summ. Trinitat. sequitur Farinac. in præxi crimin. tom. 1. q. 45. nu. 27.**

**In eadem Glossa ad fin. ibi, 6 Maior pars populi.** Ergo ut consuetudo introducatur, necessarium est, ut saltem à maiori parte cōmunitatis observetur, atq. illa sufficit; nam cōsuetudo debet esse moraliter à tota communitate, cum ius eius in totam cadat, quæ opinio est communis omnium doctorum, ut post *Bart. in l. 2. à nu. 12. Cod. quæ sit longa consuetudo.* Tradit *Suar. de legib. lib. 7. cap. 9. nu. 12.*

## C A P. Consuetudo. VIII.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Opinio cedit veritati.
- 2 Consuetudo inducitur per errorem.
- 3 Consuetudo fini æterno repugnans non est rationabilis.
- 4 Consuetudo excusat à pena.

**I**N textu. Collige ex textu, quod ratione comperta cedit opinio veritati, ex quo infert Roman. singul. 760. l. Barbatus, & cap. Ad probandum de re judicata, disponentes sententiam latam ab excommunicato, vel servo, ratione communis erroris validari, hoc non procedere, si illi, inter quos est lata sententia, sciebant illum communem errorum esse falsum; quod antea docuerat Butius in cap. Sciscitatus, nu. 24. in fine de rescriptis. Sed vide Sanch. de matrim. lib. 3. d. 22. nu. 5. 6. & 7.

**2** **In textu, ibi, Obrepserat.** Et ita consuetudo non inducitur per errorem, sed ex certa scientia; exemplum erit, ut si populus utatur consuetudine, quia sic cœpit legem disponere, cum tamen lex disponat oppositum, tunc enim non induceretur consuetudo contra legem; secus si populus non erret in consuetudine inducenda, sed in causa consuetudinis, quia tunc valebit; sicut transferunt dominium, licet erretur in causa, qua traditur, l. 1. ff. de condit. indebet, ita ex nostro texiu deducit Gregor. Lopez. p. 1. tit. 2. l. 3. Glossa 2. in principio.

**3** **Ibi, In aeternum.** Notat Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. casu 82. nu. 7. quod consuetudo, quæ fini eterno repugnat non est rationabilis, de quo vide, quæ scripsimus ad cap. *Qua contra mores* nu. 1. supra bac eadem dist.

**4** **In vers. Ignosci potest, ibi, Ignorans.** Ergo ignorantia excusat; unde licet consuetudo contra Ecclesiam non valeat, tamen ille, qui fundatur super tali consuetudine, excusatur à poena temporali, de quo Roch. in cap. Vlt. de consuetud. sect. 6. nu. 19. Tiraq. de pœnis, causa undecima nu. 2. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 84. nu. 11. & lib. 9. cap. 15. nu. 7. de qua materia agit latè Farinac. in praxi crim. tom. 2. q. 95. per totam, ubi abundé disputat, quando consuetudo pœnam minuat. Tusch. tom. 2. conclus. 806. nu. 40. & seqq.

### C A P. Si solus. IX.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Sacrificij corporis, & sanguinis figura.
- 2 Nullus Christo contrarius est audiendus.
- 3 Glossa reprobatur.

**I**N superscriptione, ibi, Cyprianus lib. 2. Epist. 3. Extat hodie hæc epistola Cypriani inter opera Parisijs edita apud Nivellum cum adnotationibus Pamelij, & est nu. 63. in

qua agitur, utrum calix Dominicus aquam solam, an eam vino mixtam debeat habere? Dilputat enim ibi Cyprianus contra Aquarios, docens hac occasione multis Patrum, ac Propheticis testimonijs præfiguratum fuisse, verum corporis, & sanguinis Domini sacrificium. Vide quæ scripsi in historia Episcoporum Portucalensium, p. 1. cap. 10.

**In principio textus, ibi, Solus Christus.** Non excludit tamen Prælatos, & alios superiores legitimos: sed est sensus, quod nullus Christo contrarius est audiendus, & vide textum in cap. Sciendum in fine, & ibi Golossa verbo, *Sola*, 8. q. 1.

**In Glossa 2.** Dicit Glossa, quod olim regebantur Iudæi constitutionibus humanis, scilicet scribarum, & phariseorum, sed hodie non; & contra hanc doctrinam arguit ex cap. Omnia, dist. 12. sed videtur quod male arguat, & peius solvat; male quidem arguit, quia in d. cap. Omnia, non dicitur quod Iudæi tantum divinis constitutionibus regebantur, sed dicitur quod legalibus tantum sacramentis, non humanis præsumptionibus subiiciebantur; quod longe diuersum est; male solvit, quia videtur sanctificare Iudæos huius temporis, dicendo eos modo non hominum, sed Dei institutionibus regi, de materia tamen vide, quæ scripsimus ad cap. Omnes leges, nu. 3. supra dist. 1, & ad cap. Moyses, p. 1. supra. dist.

### D I S T I N C T I O. IX.

#### C A P. Imperatores I.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Legibus Principum, aliquando non obtemperatur.
- 2 Nemo debet obedire iniuste præcipienti.
- 3 An peccent locates meretricibus domos.
- 4 Ancilla inservientes meretricibus, an peccent?
- 5 Quid de famulis dominos cōmitantibus ad meretrices?
- 6 An tales possint à confessoribus absolvi?
- 7 Argumentū à cōtrario sensu, an valeat?

**I**N textu. Nota quod legibus Principum contrarijs legi divinitate, non est obtemporandum, & contra legislatores, qui tales leges promulgant, insurgit illud, Esaiæ cap. 10. nu. 1. *Ve, qui condunt leges*

leges iniquas. Adde Promptuar. in his tom. 2. verbo, obedire, littera X. qui textum refert.

**2 In textu, ibi, Obedire noluerūt.**

Ergo nemo tenetur obedire superioribus, si iniuste præcipiant: de quo optime Navarr. cons. 4. & 5. de pœnit. & remiss. edit 2. in quibus eleganter agit de famulis, qui meretricibus inserviūt, & earum amasijs litteras deferunt, per quas amasius invitatur, & rogatur, ut adveniat. Sed cum in quæstione nonnulla pullulent obscura, conclusionibus periclitemur minus obscuris.

**3 Prima conclusio.** Superiores, qui ad habitandas meretricibus domos suas locant, minimè peccant; Ita Maior in 4. dist. 15. q. 35. Navarr. in Man. cap. 17 nu. 195. Emman. Roder. in summa verbo luxuria, cap. 203. nu. 1. Lop. in instractor. p. 1. cap. 58. §. Item an liceat, & ex cōmuni yfū ubiqꝫ receperō, tradit Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 10. in fine. Graff. 1. p. decisionum lib. 1. cap. 28. nu. 20. Beja part. 1. casu 27. Lessius lib. 4. cap. 2. nu. 23. Navarr. lib. 5. cons. 1. nu. 8. de Iudæis, & Sarracenis, edit. 2. licet contrarium insinuat idem Navarr. in Man. cap. 16. nu. 15. in fin. Insimul nec illi peccant, qui pro pecunia ipsarum meretricum sunt patroni, ut eas defendant Emman. Roder. d. cap. 203. nu. 2. Quod tamen limito, nisi sine ullo incommodo possint domum suam alteri locare, quia tunc male facerent sine ulla necessitate, aut utilitate locando cum præscientia mali finis; observat Suar. de charitate disp. 10. sect. 4. nu. 5.

**4 Secunda conclusio.** Non peccat ancilla, quæ meliorem non reperiens conditionem, intervit publicis meretricibus; etiamsi aperiat ostia, epistolas deferat, vocet amasios, ornet, vel comitetur, quando ad amatores pergunt, lectum construat, in quo scit eas peccaturas, ut advertunt Beja d. casu 27. vers. Tum quia, & casu 35. Lessius d. lib. 4. cap. 2. nu. 23. Emman. Roder. d. cap. 203. nu. 2. Graff d. cap. 27. nu. 21. Azor tom. 2. lib. 12. cap. 18. vers. Octavo. Sā in aphorismis, verbo. peccatum nu. 9. latissimè Navarr. cons. 5. de pœnit. & remiss. edit. 2. horum rationem assignat Beja d. casu 35. quia quandocū opus ex se malum non est, sed ex sola alicuius prava intentione; fas est ad illud concurrere, ne lucrum amittatur, ut constat in eo, qui petit mutuum sub usuris, necessitate compulsus, apud Navarr. cap. 17. nu. 262. & communiter apud Henr. lib. 1. cap. 30. §. 1. In commento. Insuper prædicta servitia non minus sunt indifferētia, quam est actualis ministratio, præstita domino eūnti ad colendum idolum, imò actualiter idolatranti, & tunc non idolo, sed domino servire licitum est, ut patet ex 4. Regum cap. 5. ut ibidem observat Caietan. Lessius lib. 4. cap. 2. nu. 23. & lib. 2. cap. 44. n. 39.

**5 Tertia conclusio.** Quando servientes ex tali servitio ad peccandum excitantur, tunc non possunt famuli, absqꝫ peccato mortali dominis

suis, & concubinis inservire, nec illos comitari. Ita limitant præcitat D.D. Alcoer in summa, cap. 7. & 8. Emman. Roder. d. nu. 3. & in additionibus ad bullam, §. 9. nu. 135, Navarr. cons. 4. de pœnit. & remiss. nu. 2. & 3. adducens illud Apoſtoli ad Romanos 1. nu. 32. Digni sunt mortie, qui salia agunt, & qui conſentient illis. juvat textus in cap. 1. de officio deleg. & quæ ibi notantur.

**Quarta conclusio.** Quia ex istis obsequijs sāpē laepius ipſe ancillæ, & famuli in pericula animæ incurunt, quia videntes impudentissimos concubinorum actus, non possunt non concupiscentiæ illecebris exagitari, & pravis desiderijs exardescere, semper debent à confessore moneri, ut de domo dictarum mulierū discedant, quod si renuant, non debent ut plurimum, à confessore absolvī. Ita Emman. Roder. palinodiam recantans d. §. 9. nu. 135. Beja d. casu 35. vers. Quia tamen. Navarr. d. cons. 4. de pœnit. & remiss. nu. 4. & cum hoc interrogasset à doctissimo Francisco Suario, respondit magnū in hoc scrupulum esse, & ubiqꝫ evitandum. Vide pro tota hac quæſtione, Sanch. tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 7. ubi de illa egregiè. Vtrū autem famulus peccet, qui in die jejuniū ministrat cibum domino, cum certus sit violandum esse jejuniū? Vide eundem Suar. tract. de charitate sect. 4. disp. 10. nu. 5.

**In Glossa Vlt.** Agit Glossa de argu-  
mēto à contrario sen-  
ſu, & an sit validum in jure, de quo vide Glos-  
sam in cap. Significasti de foro compet. verbo; cleri-  
ci, vers. Sed ibi, & Glossam verbo, dispensare, post  
principium, in cap. Unico de atate, & qualitate, lib.  
6. latissimè Everard. in to, iis legalibus, cap 4. Adde  
quæ latius scribam ad cap. Ephesijs num. 4. & 5.  
infra dist. 43.

## C A P. Iustum. II.

### S Y M M A R I V M.

**1 Pontifex, & Princeps legibus suis sunt aſtricti.**

**2 Princeps an poſſit bona remittere; que ſubdit tempore acquisierunt?**

**I N textu.** Collige ex textu Pontificis, & Principem legibus suis aſtrictos esse, do quo D.Thom. 1. 2. q. 96. art. 5. Sot. de just. lib. 1. q. 6. art. 7. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 7. nu. 70. Gomez. l. 4. Tauri, nu. 89. col. 3. & de contractib. cap. 1. nu. 1. Cabed. 1. p. deſiſione 12. nu. 18. & 2. p. decif. 78. nu. 1. dicit cōmūnem, tam Canonistarum, quam Legistarū.

Roland.

Roland. cons. 13. à nu. 33. vol. 3. Latissimè Morla in Emporio juris tit. de legib. q. 1. cum quo distingue inter vim directivam, & vim coactivam.

- 2 Ibi, Damnare jura.** Per hunc tex-  
tum docet Gamma decis. 335. nu. 5. Principem pâce facta cum hostibus, non posse bona illis remittere, quæ subditi sui tempore belli acquisierunt, absq; il-  
lorum subditorum consensu; argumento text.  
in cap. Quanto, de jure jur. Abb. nu. 1. post Hosti-  
ens. in summ. de pœnit. §. Fin.

### C A P. Noli meis. III.

- 1 Scriptura Canonica quæ dicatur.**  
**2 Dicta Sanctorum an debeant observari?**  
Et num. 3.

**1 N textu.** Agit textus de scripturis Ca-  
nonicis, de quo agit Concil.  
Trident. scß. 4. in principio, & vide de mate-  
ria Canum de locis theologicis lib. 3. cap. 3. & 6.  
Turrecremat. in cap. Ego solis nu. 5. infra eadem dist.  
Albertin. de agnoscend. q. 15. nu. 6. 8. 12. & 13. in  
fin. Bellarmin. lib. de Verbo Dei, à cap. 4. Azor tom.  
1. lib. 8. à principio. Suar. de fide, disp. 5. sect. 3. n. 9.

**2 In Glossa, verbo, In istis, ibi, Sed  
hodie.** Docet Glossadicta Augustini, & san-  
ctorum esse authentica, & deberi  
observari usq; ad ultimum iota. Eam approbat  
Felin. in cap. Ne imitaris, nu. 4. de constitutionibus, il-  
lam tamē reprobâs Castro glossatorem irridet,  
& fundamentum erroris ostendit lib. 1. adversus  
heres, cap. 7. col. 4. ægrè ferens hominem tam  
aperte mendacem, nam si omnia sanctorum  
dicta iubentur teneri, quis non videat hac ra-  
tione contradictoria præcipi? Cum illorū sen-  
tentiae invicem contradicant.

**3 Ego sic existimo;** unius, aut duorum san-  
ctorum autoritatem in his, quæ ad sacras lite-  
ras, & doctrinam fidei pertinêt, probabile qui-  
dem argumentum subministrare posse; firmū  
verò non esse: in quo sensu potest intelligi  
Castro ubi supra. Ita elegantè Canus de locis theolo-  
gicis lib. 7. cap. 3. conclus. 2. quando vero est con-  
cors omnium sanctorum Patrum, atq; docto-  
ri ecclesiæ sententia, & sensus circa fidem, &  
Sacram Scripturam, tunc omnino tenenda est:  
Glossam nostrâ in præsenti sic intelligendâ, tra-  
dunt Corduba in quest. theologic. lib. 4. q. 1. proposit.  
6. vers. Tertium signum. Suar. de fide disp. 5. sect. 3.  
nu. 13; Adde notata ad proœmium Decreti nu.  
25. & seqq. ubi latius.

### C A P. Negare. IV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Debet quis confiteri errores suos.**  
**2 Seniores aliquando non sunt sequendi.**

**I N textu.** Collige ex textu, quod debet  
quis confiteri errores suos,  
& non negare veritatem; ideo D. Augustin.  
author huius textus fatetur se in multis  
errasse, & hanc ob causam fecit librum retrac-  
stationum, de quo vide Albertin. de agnoscend. quast.  
15. nu. 4 qui optimè circa textum, & habes hic  
argumentum quod debet iudicium retractari,  
si propter imperitiam, negligentiam, seu dolum  
aduocati, aut judicis, causa sit perdita, de quo est  
videndus Speculat. tit. de aduocato, §. fin. vers. Quod si  
per imprudenciam.

**Ibi maioribus.** Ergo si seniores in er-  
rone deprehenderen-  
tur, non sunt sequendi sed reprehendendi, ut  
per hunc textum notat Tiraq. de primogenijs in  
prefat. à nu. 98. allegans textum in l. 1. §. Si usus  
stultus §. ad l. Falcidiam. Nec propterea fit illis  
injuria per text. in l. Potioris, Cod. de officio rector.  
provinc. quam ad rem ferè similem a notat Gloss.  
verbo, possessionem, in l. 3. §. Si quis quasi statu liber,  
ff. de condit. ob casam. Vide posita in cap. Neq; nu.  
1. infra eodem.

### C A P. Ego solis. V.

#### S V M M A R I V M.

- 1 In scripturis Canoniciis non datur men-  
daciū.**  
**2 Libri sacri, an habeant plures sensus?**  
**3 Semper debet error salvari in aliqua  
scriptura.**  
**4 Etiam viro sancto non est de facili cre-  
dendum.**

**5 Regulariter unus testis non probat.**

**6 Magis est credendum honorabilibus per-  
sonis.**

**7 Ratio equivalat Canoni.**

**I N textu.** Collige ex textu in scripturis  
Canoniciis mendacia non ad-  
mitti, quoniam aliter Deus, qui illarum  
omnium primus creditur author, suspectus  
de mendacio haberetur; quod Christianæ autes  
audire

audire horrent; prosequitur elegantè Castro de justa hereticorum punit. lib. 1. cap. 4. vers. Prima via, qui monet Augustini verba mendosè hīc citari, & certiora reponit: bene Suar. de fide, disp. 5. sent. 3. nu. 7. & 8. Franciscus de Mendoça tom. 1. in lib. 1. Regum annot. 2. proæmiali, sent. 3. per totam.

**2 Ibi, Scriptorum.** An sacri isti libri, sib una littera habent plures sensus? Vide D. August. lib. 1. Genes. ad lit. cap. 1. & lib. de utilitate credendi, cap. 3. & lib. de doctrina Christiana. 5. Hieronym. epist. 150. q. 12. D. Thom. part. 1. q. 1. art. 10. & circa textum agit etiam d. p. 1. art. 2. & art. 8. ad 2. quem etiam citat Albertin. de agnoscend. q. 15. nu. 9. Adi Suar. de fide disp. 5. sent. 3. & nu. 11.

**3 Ibi, Mendosum codicem.** Colligemus debere salvari errorem in aliqua scriptura repertum. Vnde scriptura notarij, seu tabellionis, licet primo aspectu falsa videatur, nihilominus debet saluari, pro ut melius potuerit, notant scribentes in cap. Cum tu, de testibus.

**4 Ibi, Sanctitate.** Ergo etiam viro sancto de facili non est credendum, de quo vide Tiraq. de pœnis cap. 51. nu. 16. cum sequentibus, & nu. precedente, quia non est considerandum quis dicat, sed quid dicatur; unde D. Thom. 2.2. q. 70. art. 3. in fin. affirmat, non esse de quolibet presumendum bonum, ubi alterius imminet periculum.

**5 Ibi, Non verum putem.** Notat tom. 1. consult. 73. nu. 2. ad hoc, quod regulariter unus testis non probat, etiamsi sit magna authoritatis, & dignitatis, de quo latè agit. Adde Gabriel lib. commun. tit. de testib. conclus. 1. num. 20. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. casu 99. Consule quæ erudite Barbosa ad Ordinat. Lusitania lib. 3. tit. 54. nu. 1. conclus. 1. & per sequentes, ubi materia testimoniū plene discutitur.

**6 In Glossa verbo, Quantalibet.** Agit Glossa an sit magis credendum honorabilibus, & egregijs personis, de quo vide Covar. practie. cap. 33. nu. 3. ad med. Afflct. decis. 1. n. 3. latè Farinac. de testibus q. 63. cap. 3. ubi disputat de testimonio Papæ, & Principis.

**7 In Glossa vlt.** Docet Glossa, quod ratio equivalet Canoni, de quo vide Comitolum lib. 7. respons. q. 1. nu. 12. vers. Sextum. Neque id obscure colligitur ex D. Thom. 1. sent. dist. 3. q. 4. ubi rationem vocat naturam intellectualem obumbratam. Ex quo inferunt D.D. tantum præstare rationem legibus, quantum præstat ipsa natura. Si igitur lex unum imperat, & ratio idem prohibeat, rationi potius quam legi parendum est; quia teste Arist. lib. 1. ethicor. Ratio semper deprecatur ad optimam. Hinc Pers. sat. 5. tationē pulchre imperatis oblatrantē inducit,

Stat contra ratio, & secretam gaunit in autem. Ne liceat facere id, quod quis vitiabat, agendo.

## CAP. Ut veterum. VI.

### SUMMARIUM.

- 1 In libris corrigendis preferuntur seniores.
- 2 Glossa reprobatur.
- 3 Augustinus, Hieronymus, & Gregorius quomodo comparentur?
- 4 Verba Augustini explicantur.

**I**N textu ibi, Veterum libroru. Ponderat Tiraq. de jure primogenior. in prefat. nu. 155. ad hoc, quod in libris corrigendis preferuntur seniores, referens Alciatum in l. 1. §. ult. col. 10. vers. Sed consequenter queritur ff. verbor. obligat.

**In Glossa verbo Græci in principio.** Colligit Glossa ex D. Hieronymo emendatoria esse exemplaria latina, quam græca; sed errat Glossa, quia Hieronymus per ironiam loquitur, ut patet ab exemplari, referatur 3. tom. pag. 14. incipit, Desiderij.

**In codem ibi, quia inter istos tres.** Docet Glossa quod Augustino magis credendum est in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus, Gregorio in moralibus; de quo vide Panormit. in cap. Ne innitaris nu. 2. & 3. de constit. Azeved. lib 2. recopil. tit. 1. nu. 21. Glossas marginales ad Felinum in cap. 2. de rescriptis n. 48. littera A. Eundem Felin. in cap. Ne innitaris nu. 8. de constit.

Sed quomodo intelligendus Augustinus, qui epist. 97. ad Hieronymū fatetur in multis rebus se Hieronymo esse minorem? Resolve quod Hieronymius ætate erat grandior, christianus à puerō, quod insuper linguarum peritia ex cellebat quod nulla aliquando hæresi fuerat deformatus, vel spuria sobole auctus: quibus omnibus Augustinum fuisse minorem Hieronymo, liquido constat. Ita Baronius tom. 4. annal. anno Christi. 382. nu. 25. §. Ex his autem.

## CAP. Si ad scripturas. VII.

### SUMMARIUM.

- 1 An sit valida scriptura ubi mendacium reperitur?

2 Si instrumenta pro parte inveniantur falsa, an in totum reprobentur? & nu. 3.

**I**N textu ibi, Officiosa mendacia. Ergo non est valida scriptura, ubi officiosum mendacium admiscetur, & quando nulli obest, & alicui proficit, ut ex nostro textu colligit Innocent. in cap. Fraternitas. nu. 1. de heretic. quod tamen intelligit, quādo tale mendacium admisceatur circa substantialia negocij, de quo agitur, ut per exempla prosequitur idem Innocent. d. nu. 1. & vide infra nu. scqq.

2 In Glossa verbo, quod in eis. Vult Glossa quād si instrumenta, aut attestations pro parte inveniantur falsæ, in totum reprobentur, de quo etiam agunt Glossa 2. in cap. Quod ergo. 23. q. 5. & Glossa verbo firmis ubi D.D. & Padilha à nu. 14. in l. Si ex falsis, per textum ibi, Cod. transact. Glossa verbo, liberi in fin. in l. 2. ad fin. Cod de veteri jure, cum alijs relatis à Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 21. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 741. incipit. Multæ sunt cause. Tiraq. de pénis. cap. 44. nu. 42. Boer. decis. 253. nu. 6. Hypopolit. singul. 76.

3 Communis opinio distinguit inter instrumentum, quod constat, aut probatur esse falsum, & inter illud quod non constat, nec probatur esse tale, sed tantummodo suspectum existit, propter abrasionem, aut simile vitium in parte substantiali; ita quād prius corruat in totum, etiā quoad partes, & capitula separata, ut colligitur ex cap. Quanto infine debis, quæ fiunt à prælatis, & ex reg. l. 2. in fine ff. de fide instrumentorum, cum alijs citatis à Glossa in præsenti declarando, & limitando, ut per Menoch. & Mascard. ubi, supra. Posteriorius verò in dubio corruat tantum quoad eam partem, in qua vitium est, non verò quoad alias separatas, ut ex alijs obseruant Abb. in fine Felin. n. 15. in fin. in cap. Ex litteris de fide instrum. Bart. & omnes in d. I. Si ex falsis ubi, Padilha n. 17. Menoch. nu. 12. Mascard. num. 17. ubi supra, pro quibus facit textus in l. Iubemus vers. Quād si non fuerit observatum Cod. de testam.

### C A P. Quis nesciat. VIII.

S V M M A R I V M.

1 De sacra Scriptura disceptari non licet.

**I**N textu. Collige ex textu quād de sacra Scriptura omnino dubitari, & disceptari non licet, utrumverum, vel utrum rectum sit, quidquid in ea scribitur, vel consti-

terit esse? Vnde si idiota pertinaciter dubitaret, paradisum terrestrem non fuisse in partibus orientalibus, vel negaret quād Tobias non habuit canem, & alia similia, esset hæreticus censendus, prosequitur latè Albertin. de agnoscend. q. 15. nu. 6. & q. 21. & 22. faciunt quæ tradit Penha ad Directorium p. 1. cōment. 25. littera C, qui textus meminit.

### C A P. Noli frater. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Quis fuerit Donatus hæresiarcha?
- 3 Cypriani error circa baptismum.
- 4 Scripta eorum, qui labuntur in hæresim, quando reprobentur?

**I**N textu. Eius meminere Albertin. de agnosc. q. 15. num. 7. in principio. Tiraq. de primog. in prafat. nu. 98.

**Ibi, Donati.** Agit textus de hæresibus Donati; à quo Donatistæ appellati sunt. Hic Donatus exiens è Numidia. quæ pars est Africæ, totam penè Africam suis erroribus infecit; quorum errorum initium, & causa fuit, quia Cæcilianus contra voluntatem ipsius Donati fuerat ordinatus Carthaginensis Episcopus, qui Cæciliiano imponens, quæ probare non potuit, à judicib. qui optime rem noverunt, tanquam impostor Donatus judicatus est, qui volens suam falsitatem pertinaci dissensione firmare, schisma in hæresim commutavit, ut ex D. Augustino tradit Castro adversus hæreses, verbo, Ecclesia, hæresi prima.

**Ibi, Cypriani.** Agit etiam textus de errore Cypriani, & aliorum Africæ Episcoporum, qui Concilio apud eos celebrato, definierunt, hæreticos cum ad Ecclesiæ communionem redijssent, fore rebaptizandos, quia (ut asserebant) inter hæreticos non potest conferri baptisma. Nec tamen propter hunc errorem Cyprianus, & alijs ei cōsentientes iudicandi sunt hæretici, qui errorem pertinaci animositate minime defenderunt; quinimo parati ab alijs meliora docentibus corrigi, sententiam suam dixerunt. Quod ex ipso facto patuit, quoniam à Summis Ecclesiæ Pontificibus, videlicet Cornelio, Lucio, Stephano, edocti, contraria prioribus ipsi Afri definierunt: ut elegantè tradit Castro adversus hæreses, verbo, baptismus, hæresi 5.

Ibi;

- I**bi, Antequam separetur. Igitur  
scripta  
corum, qui lapsi sunt in hæresim, edita prius-  
quam laberentur in huiusmodi errorem, non  
sunt respuenda; quod an sit verum? Vide Indi-  
cem librorum prohibitorum regula 2. & D.D. quos  
congerit Cened. ad Decretal. collectan. 8. nu. I. Peg-  
na ad direct. 2. p. comment. 3. Suar. de fide, disp. 20.  
sext. 2. nu. 20.

## C A P. Neque? X.

## S V M M A R I V M.

- 1** Senes errantes reprehendendi sunt.  
**2** Liberè potest quis cōtradicere doctorib.

**I**n textu. Notat Tiraq. de primog. in praef. nu. 98. ad hoc, quod senes errantes reprehendi possunt, de quo Ias. in l. Servum, §. Sequitur in ultim. notab. ff. de verbis. obligation. Bolognetus in disp. uter sit praefendus doctor, an miles? col. 9. Adde posita ad cap. Negare nu. 2. supra codem.

**Ibi, Quorumlibet, & ibi, im-  
probare.** Igitur liberè potest quis contra-  
dicere doctorum opinionibus, &  
Senatorum sententijs; quod amplia, et si sunt  
decisiones Rotæ: de quo vide latissimè *Gloss.* §.  
*Decisiones in proœmio Extravag.* *Mascard.* de probat.  
vol. i. conclus. 485. incipit, *Decisiones Rotæ*, qui multos D.D. refert, maximè cum Rotam Romanā  
aliter rotare dicat *Glossa* in proœmio regulæ  
*Cancellariæ*, *Mascard.* ubi supra conclus. 484. Mag-  
dalenus de numero testimoniū in testamento requisito. p. 2.  
cap. 9. nu. 35. Tib. Decian. respons. 63. nu. 15. volum.  
5. Menoch. lib. 2. de præsumpt. q. 71. nu. 14. *Surdus*  
consil. 403. nu. 83. & 84. & an idem dicendum  
sit de regulis Cancellariæ? Vide *Anibarr.* cons.  
297. na. 1. & 2. incipit, *Efficacius*, *Gomez* in proœ-  
mio reg. cancell. q. 2. *Mascard.* d. tom. i. conclus. 257.  
incipit, *Cancellarias regulas*, & quid in sententijs  
prolatis in nostro Senatu Lusitano? Vide *Gama*  
decif. 33. & 174. & 228. Cabed. decif. 221. p. 1. Pi-  
nelli, in l. 2. C. de rescindenda venditione, p. 2. cap. 4.  
nu. 2. Cald. Pereira de Renovat. q. 15. nu. 27. plures  
refert *Barbos*, *Ordinat.* *Lusit.* lib. 3. iii. 64. nn. 6.

## C A P. Sana. XI.

S V M M A R I V M.

- Exempla non sunt sequenda, si ratio cō-  
tradicit.**

- 2 Misericordia est semper sequenda.  
3 Quod temperabis.

**M**Eminit huius textus *Præpositus in cap.*  
*Si in adjutorium, nu. 2. infra dist. 10, ex*  
quo nota quodd exempla non sunt se-  
quenda, quando sana ratio, aut lex  
recepta eis aduersatur; faciunt maximè textus  
*in l. Nemo, Cod. de sent. & interlocut. & in l. Vlt.*  
*ubi D.D. Cod. quibus res jud. non nocet, & quæ cir-*  
*ca illos resolvunt Conan. lib. 1. comment. cap. 15.*  
*nu. 7. Valasc. cons. 148. nu. 26. & 27. Osasc. m 1.*  
*decis. Pedament. nu. 43. Cabed. decis. 212. nu. 2. p. 1.*  
cum quibus prosequere.

**In Glossa Ultima.** Docet Glossa misericordiā esse sequendam, vide Glossas similes in cap. Ult. verbo, *equitate*, & verbo, *inhumaniorēm*, de transact. & quæ ibi notant D.D. optimè Decian. cens. 72. nū. 38. vol. 3. unde melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter severitatem; prosequitur latè idem Decian. d. nū. 38. Paulus Fusibus de visitat. lib. I. cap. 3. nū. 18.

Vnde regem, ac praetatum mansuetum  
esse oportet, ita tamen ut scelera non patiatur  
impunita crescere; Non enim inter se pug-  
nant misericordia, & justitia; sed bene conve-  
niunt, & in una sede, & pectore morantur.  
Audiamus D. Gregorium lib. 20. Moral. cap. 6. Cir-  
ca subditos (inquit) inesse rectoribus debet, & justè  
consolans misericordia, & piè sàviens disciplina; sit itaque  
amor, sed non molliens; sit rigor, sed non exasperans; sit  
zelus, sed non immoderatè sàviens, sit pietas, sed non  
plusquam expedita, parcens. Ad scripturarum in-  
terpretes Luc. 10. nu. 30. de illo, qui incidit in  
latrones, ubi Maldonatus, Salmeron, Barradius, To-  
letus. Vide etiam humaniorum litterarum pro-  
fessores ad illud Seneca.

*Qui vult amari languida regnet manu.*  
Et ad aliud Ovidij.

*Quo quisque est maior magis est placabilis ira.*

# DISTINCTION. X.

# C A P. Lege Imperatorum. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Sufficientia duo testimoniorum ad aliquid asserendum.
  - 2 Lites Episcopatus sunt cause Ecclesiast.
  - 3 Matrimonium terminatur per legem ecclesiasticam.
  - 4 Reges non possunt legitimare ad spiritualia.

- 5 Papa non debet Episcopatum dividere.  
6 Iustinianus defenditur.  
7 Multa permittuntur, ad alia evitanda.

**I** BI, Duorum. Ergo sufficiūt duorū D.D. testimonia, ad aliquid astruendum; adde Comitolum lib. 5. respons. q. 26. versic. Secunda proposicio, & tex- tum in l. Si ita vulneratus 52. in principio, ss. ad l. Aquilam, quod intellige in qualibet causa tam profana, quam etiam in ecclesiastica, vel spi- rituali; Mascal. de probat. lib. 1. in p̄f. q. 5. nu. 117. late Madalen. in tract. de num. testium, cap. 1. nu. 1. & seqq. latissimè Farinac. de testibus, q. 63. cap. 5. nu. 232. usq; ad nu. 261. cum quo amplia- bis, & limitabis.

**2** Ibi, Divisis. Notat Gregor. Lopez part. 1. tit. 6. l. 56. Glossa 8. ad hoc, quod lites Episcopatum sunt causæ ec- clesiasticæ.

**3** In vers. Si inquit. Collige ex textu causam matrimo- nij debere terminari per legem divinam, & ec- clesiasticam, non autem per legem humanam, & temporalem. Gregor. Lopez d. part. 1. tit. 6. l. 56. Glossa 2. ubi alia jura cumulat.

**4** In Gloss. verbo, Divisis ante fin. ibi, Non est legitimatus in spiri- tualibus. Docet Glossa, non posse Reges legitimare, nec habilitare quem- quam ad spiritualia beneficia, & dignitates ec- clesiasticas obtinendas: sequuntur plures de quibus per Navarr. conf. 1. nu. 1. qui filii sint legiti- mi, edit. 2. Glossa similis, verbo, habeant. in cap. Per venerabilem, & ibi, Abb. nu. 21. qui filii sint le- gitimi, recepta ex Covarr. de sponsal. 2. p. cap. 8. nu. 18. Sanch. lib. 8. disp. 7. nu. 1. & nu. 11. Adde Rebif. ad leg. Gallia. Glossa 1. nu. 72. in proemio. Decimus conf. 155. nu. 7. vol. 1. An legitimatus à Rege, succedat in jure patronatus Ecclesiæ? Vi- de Gregor. Lopez part. 4. tit. 15. l. 4. Glossa ult. & notab; nec legitimatum à Principe, nec ab ecclesiastico, quoad omnia bona posse suc- cedere in feudalibus, nisi exprimatur, Ias. in l. Si is, qui pro tempore, nu. 247. ss. de usucaption. Pro quo est textus in titul. 26. §. Naturales, si de feudo fuerit controversia.

**5** In Glossa, verbo, Divisiones. Tener Glossa, quod Papa non debet Episcopatum dividere invito Episcopo, nec Episcopus parochiam, invito rectore, sequitur Navarr. alia referens de spolijs clericorum, l. 3. num. 2. de quo vide Panorm. ad cap. Ad audientiam in primo nu. 16. de Ecclesijs adificand. Roch. de jure patronat. ver- bo, honorificum, nu. 10. Hodie consule Conciliū Trid. seb. 21. de reformatione cap. 4. vers. In ijs verò,

Si dividat sine causa Pontifex, peccabit; factum tamen tenebit, ut in simili Sanch. lib. 7. de matr. disp. 2. nu. 6. Suar. lib. 2. de legib. cap. 14. nu. 22.

In Gloss. verbo, lex, ibi, Vel ideo. 6

Defendit Glossa Iustinianum multa permis- se, ut graviora vitarentur; sequitur Bart. n. 6. & 7. ubi Salicet. in l. Cunctos populos, C. de summ. Trinit.

In eadem Glossa, ibi, Usuras 7

permisit. Igitur licet Iustinianus usuras per- misisset, non tanquam licitas, sed solum tanquam impunitas ad maiora mala vi- tanda, eas reliquit; sed Glossa in Authent. ad hæc, C. de usuris, bene affirms Iustinianum leges Ca- sareas abrogasse, quæ usuras concedebant, cum idem Imperator fidem admisit Concilij Nice- ni, eamq; servari præcipit; in Concilio autem Niceno usuræ daninæ sunt. Atq; hæc viderur cōmunior Iuris peritorum sententia, quidquid reclamet Covarr. 3. variar. cap. 1. nu. 6. sequitur P. Molin. de contractib. disp. 304. vers. Doctores. Re- bellus 2. p. de obligationibus justitia. lib. 8. de usuris, q. 3. §. Ad ultimum, qui usuras permittas esse, di- cunt eodem modo, quo usuram Mosaycam per legem impunitam Lessius lib. 2. cap. 20. de mutuo, & usura, dub. 4. n. 32. Suar. de legib. lib. 7. c. 4. n. 10.

## C A P. Non licet. II.

### S V M M A R I V M.

- 1 Symachus quis fuerit?
- 2 Ordinationes seculares, an serventur quoad clericos?
- 3 Vincula legis divinae sunt indispensa- bilia.
- 4 Pictas idem est, quod sanctimonia.

**I**N superscriptione, ibi, Syma- chus. Qui fuit natione Sardus, & mor- tuo Anastasio, Pontifex non si- ne magna discordia creatus anno 499. de quo vide Platinam in vita ipsius Symachi, & adde ex eodem Platina, quod Symachus constituit, ut in die Dominico, vel in natalitijs martyrum, canaretur hymnus, Gloria in excelsis Deo. Vide Panvin. in addit. ad eundem Platin. optimè Al- phonsum Chancon de vitis, & gestis Sūmorum. Pontificum, in vita Symachi fol. 139. Atq; iste Pontifex Manichæos urbe Romana expulit, eo- rumq; libros ante fôres Constantinæ Basili- cae concremavit. Symachi Papæ anno 8. Chri- sti autem 506. celebratum est Concilium Aga- thense in Agatha civitate Galliæ Narbonensis, sub Alario Visigothorum Rege.

**2 In textu.** Eius meminit Rebūf. ad leg. Gall. tom. I. in proemio Gloss. I. nū. 72. & ex illo deducit omnes ordinationes seculares favorabiles clericis, & canonibus non cōtradicentes, servari debere, etiam quoad ecclesias, & clericos, Bald. conf. 30. vol. I. Alex. conf. 121. incipit viso themate. in fine. lib. 2. & conf. 122. viso. nū. 6. vol. 5.

**3 Ibi, Imperatori.** Ergo nec Pontifex, nec Imperator possunt dispensando vinculum legis divinae solvere, ut notatur in cap. Sunt quidam 25. q. 1. & tradit D. Thom. I. 2. q. 97. art. 4. ad. tertium. Suar. de legib. lib. 10. cap. 6. nū. 7. poterit tamen Pontifex interpretari ea, quæ sunt fidei, tūm ad dubiorum terminationem, tūm etiam ad occultorum & implicitorum explicationem, ut optimè docet Albertin. de agnosc. q. 21. nū. 38. Adde quod conſuetudo potest limitare ius divinum, ut post eundem Albertin. tradit Roch. in cap. Cum tanto de consuet. nū. 25. fol. 16.

**4 Ibi, Pietatem.** Hoc est religionem, & sanctimoniam, pro ut nostrum textū explicat Turrecremat. in cap. Sana nū. 2. in fin. supra dist. 9.

### C A P. Certum. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Felix Pontifex quis fuerit?
- 2 Statuta laicorū an adstringant ecclesias?
- 3 Episcopi præsūt principibus temporalibus.
- 4 Felicitas principum augetur ex iustitia.
- 5 Episcopi an possint Reges excōmunicare?

**I**N superscriptione, ibi, Felix. Qui fuit nomine tertius, creatus anno Domini 483. patria Romanus, patre Felice presbytero ex Regione Fasciolæ; constituit ut ecclesiæ non nisi ab Episcopis consecrarentur, & de eo habetur in cap. Osiris 56. dist. & vide Platin. in vita ipsius Panvin. in additi ad eundem Platinam, ubi contendit hunc Felicem fuisse nomine secundum, & adde ex ijsdem; decreto Felicis fuisse Petrum, & Acatium, tanquam haereticos damnatos.

**2 In principio, ibi, De causis Dei agitur.** Ergo statuta, & constitutiones laicorum non comprehendunt, nec adstringunt clericos, & ecclesias, ut per hunc textū docet Rebūf. ad leg. Gallie. tom. I. in proemio Gloss. I. nū. 57. de quo etiam agit. Greg. Lopez. part. I. tit. 6 l. 56. Glossa 10. Suar. lib. 3. de legib. cap. 34. n. 15.

**Ibi, Regiam voluntatem sacerdotibus subdere.** Ergo Episcopi prælunt principibus temporalibus, quare, & Principes debent assurgere in adventu Episcoporum, tradit utrumq. Abb. in cap. Solite. nū. 7. de maiorit. & vide optimè Hosium Cardinalem de concilio Ecumenico. cap. 24. col. 7. rers. Sed inveniuntur. fol mibi 20.

**Ibi, Piæ devotiones.** Citat Rebūf. in principio proemij concordatæ ad hoc quod felicitas secularium Principum augetur, quando iustitiae administrandæ dediti sunt, & exemplum adducit ex Paludano in 2. Sentent. in Francia quendam, dum in agro suo foderet, invenisse humanam linguam loquentem quæ interrogata cuiusnam esset? Respondit fuisse linguam hominis Pagani olim iudicis, qui eo quod nullam sententiā protulerit iniquam, Deus reservarat animam suam in illa lingua, quoad usq. baptismū reciperet, & fuit baptisata, & statim in pulvrem redacta, quod etiam refct D. Antoninus in 2. p. summ. in. I. cap. 19. §. 2. Rubrica de iniustitia. Leges de hac materia iustū Lypsiū in exemplis politicis lib. 2. cap. 9. & in Polonica lib. 2. cap. 10. & 11.

### In Glossa verbo, Submittere. 5

Agit Glossa an episcopi possint Reges excōmunicare? De quo videlicet cap. Nos si, §. cum Balanā 2. q. 7. & in cap. Duo sunt infra 96. dist.

### C A P. Constitutiones. IV.

- #### S V M M A R I V M.
- 1 Constitutiones contra Canones non valent.
  - 2 Episcopus prohibet quæ sunt contra bonos mores.
  - 3 Quod tamen limitabis.
  - 4 Paulus Fuscius Glossa meminit.

**N**ota ex textu. Constitutiones contra Canones non valere, unde statutum, imponens pœnam contrahentibus matrimonium sine consensu patris, non valet, ut per Ioann. Andr. in cap. Statutum de heret. lib. 6. Paris. conf. 29. nū. 5. & 14. vol. 3. tradit post alios Decian lib. 4. cap. 34. nū. 4. & idem dicendum est circa usuras, præscriptiones cum mala fide, iuramentum, & alia huiusmodi. Adde statutum factum in favorem animæ per laicos, putâ de faciendo eleemosinam non posse per eosdem laicos revocari,

vocari, ut notatur in l. Privilegia; & in Ann. Cassa Cod. de sacros. eccles. & post Severin. tradit idem Decian. d. cap. 34. nu. 1. quod totum pulchre limitabjs cum eodem Decian. ubi proxime a nu. 12.

**2 In textu, ibi, Contra bonos mores.** Vide Bart. in l. Non impossibile 52. nu. 4. in fin. ff. de pact. & in l. Omnes populi, a nu. 21. ff. de just. & jure. Petrum Ravenas de consuetud. nu. 30. sect. 1. Paris cons. 92. nu. 2. ubi num. 3. & 4. consuluit non valere statutum, quod non pulsatur campana, vel reliquia non ostenduntur, cum hoc sit contra bonos mores. Vnde Episcopus poterit prohibere eas constitutiones, que sunt contra bonos mores. Ideo potest statuere, ne mulieres utantur fucis, ut post Anchae. & Crotum tradit. Decian. d. cap. 34. nu. 32. potest etiam prohibere Iudos noxios sub pena excommunicationis, ut post Navarr. docet Paulus Fuscius de visitat. lib. 2. cap. 21. nu. 43. faciunt quæ tradit Roland. cons. 63. nu. 19. & seqq. vol. 2.

**3 Intellige tamen de moribus, qui cum malis sint, per constitutionem nō possunt fieri boni, quia sunt contra ius naturale, vel Canonicum: secus si contra ius civile, quia tunc valebit constitutio; optimè tradit Decius ear. s. 516. nu. 6. & 7. sequitur post alios Decian. ubi proxime, nu. 31. & post Abb. vide omnino Roch. de consuetud. sect. 3. & num. 7. Vbi querit, an clericorum consuetudo, aut statutum contra Canones valida sit?**

**4 In Glossa, verbo, Constitutiones, ibi, Alia est ratio.** Notat Paulus Fuscius de visitat. lib. 2. cap. 21. nu. 1. ad hoc, quod christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro causa temporalium rerum, imperialibus legibus uterentur.

## C A P. Imperium. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Nicolaus primus, quis fuerit?
- 2 Reges circa spiritualia nequeunt se intromittere.
- 3 Princeps secularis peccat usurpando jurisdictionem ecclesiasticam.
- 4 Reges beneficia conferunt.

**I**N superscriptione, ibi, Nicolaus primus. Qui fuit patria Romanus, patre Theodosio, creatus Pontifex anno Domini 858. ut tradit Panvin. in Chronologia eccl. imperantibus in Oc-

cidente Ludovico II. juniore, & in Oriente Michaele IV. ad quem Nicolaus hanc epistolam mittebat per eosdem legatos, quos ipse Imperator cum muneribus Romam misit. Hæc autem munera fuere patena aurea, & calix aureus justi ponderis, cum gemmis magnæ estimationis, teste Platina in vita ipsius Pontificis. Hic fuit ille Michael (secundum eosdem) quem postea Basilius consors Imperij factus, dolo necavit, ut solus imperio potiretur; vide Alphons. Chacon. de ritis Pontificum, fol. 243. Possessum in apparatu suo, tom. 2. littera N. fol. 490, qui huic epistola meminit.

**In textu.** Nota quod Reges circa spiritualia nequeunt se intromittere; vnde non habent facultatem interdicendi matrimonium, etiam ad tempus, ut tradit Abb. in cap. Vlt. nu. 3. de secundis nuptijs. Suan. de legib. lib. 3. cap. 1. tit. nu. 9. Namque Imperator adstringitur canonibus concernentibus animam; tradit idem Abb. in cap. 1. nu. 6. de constit. Adde tamen quod licet Imperator fidelitatis juramentum praeslet Romano Pontifici, subditi tamen Imperatoris, de temporali dominio Ecclesiæ non efficiuntur, ut per eundem Abb. in Clement. Romani nu. 14. de juri. jur.

**Ibi, Usurpare.** Ergo Imperator, aut quicunque Princeps secularis, peccat usurpando ea, quæ solis Sacerdotibus, aut spirituali Prelato convenient, quia alienam jurisdictionem usurpare, ex suo genere mortale est peccatum. D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 6. receptus, ut per Navarr. cons. 2. de baref. nu. 4. incipit Virum Inquisidores, edit. 2.

**In Glossa, ibi, Reges conferunt.** Docet Glossa Reges posse beneficia conferre ecclesiastica; de quo vide Navarr. cons. 27. nu. 2. de præbend. edit. 2. & posita ad Glossam primam in summi. 16. q. 7. Chassen. in Catalog. glorie mundi 4. p. considerat. 80. Peres ad l. 3. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 1. & 2. Marta de jurisdict. p. 2. cap. 40. nu. 4. & seqq., qui latè agit, & plures Reges nominat, qui beneficia, & præbendas conferunt ex consuetudine, & privilegio Apostolico.

## C A P. Suscipitis. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Prælati habent libertatem reprehendendi.
- 2 Anima debet præponi corpori.

**I**N principio textus, ibi, Libertatem scribi. Ergo Prælati ecclesiastici debent habere libertatem dicendi etiam Imperatoribus, & Regibus, ea quæ ad ius

- adius Ecclesiae spectat, & si opus fuerit se mortali exponere, ut fecit beatus Thomas Archiepiscopus Cantuariensis secundum. *Innoc.* in cap. *Nisi cum pridem* nu. 5. de renunt. qui passus est martyrum anno Domini 1172. de quo vide latissime fr. Bernardum de Britto in *Chronicis Cisterciensib.* lib. 6. à cap. 5. & seqq. & cap. 10. Vnde similiiter consiliarij, & officiales Regis tenentur potius demittere officium, quam aliquid constitutere, vel consentire, quod non sit bonum, ut per Abb. in cap. *Adversus* nu. 19. de immunit. eccles.
- 2** Ibi, Cedat spiritus carni. Quod est irrationalis, & contra naturam, imò contra esse debet, ut anima præponatur corpori, cap. *Sedulo*, vers. *Hic etiam*, 38. dist. cap. *Cum insimilas de pœnii*. & reremiss. Namque caro corrupta facit animam peccatricem, ut notat *Turrecrem.* in cap. *Si baptizata* nu. 5. de consecrat. dist. 4. Neque immerit Divus Chrysost. illum hominem dixit propriè salutis corruptorē, qui corpus pluris facit, quam animam. Non anima (inquit) pro corpore, sed corpus pro anima factum est; qui ergo quod primum est negligit, & quod inferius est extollit, utrumque corruptit. Ita ille de reparat. *Lapsi*. Cui concinit D. Hieron. epist. 6. contra Iovinianum, ubi corpus indomito equo, animam verò aurigæ comparat. Animæ (inquit) in aurigæ modum retinet frena. Vbi vides fas, & æquum postulati, ut non spiritus carni, sed caro potius cedat spiritui.

## CA P. Si in adjutorium. VII.

### S V M M A R I V M.

- 1 *Sylvester* nostri textus meminit.
- 2 *Leges* in adjutorium Ecclesiae allegantur.
- 3 *Paulus* quomodo fuit civis Romanus?
- 4 *Quicumque* retinet patris originem.
- 5 *Appellatione* civis comprehenditur ex privilegio factus.

**I**N textu. Notat illum *Sylvest.* verbo, *consuetudo*, §. 19. nu. 23. ducens quod judex judicabit secundum Canones, quibus deficientibus judicabit secundum leges; & deficiente jure, judicabit secundum consuetudinem generalem, vel particularem, si generalis desit; qui debet intelligi in judice ecclesiastico. Faciunt quæ tradit *Ias.* nu. 12. & 13. ss. de legibus.

- 2** Ibi, Imperij leges, &c. Ergo leges Ecclesiae, licet allegantur, de quo vide *Glossam*, verbo, *adjuvantur*, in cap. 1. *De novi operis nuntiis*.

tione; quæ meminunt huius textus. Faciunt quæ optime tradit *Valasc.* de jure emphyt. q. 20. nu. 6. vers. Item quero. Adde tamen unum notabile, quod si clericus, aut Ecclesia utantur legibus, aut consuetudine laicorum pro se, tenetur etiam illis uti contra se, ut post *Bald.* Abb. & alios tradit *Roch.* de consuetud. sect. 8. nu. 82. cum quo dupliciter limitabis. Adde *Rebus in proam. ad leg. Gallie. Glossa* 1. n. 78. Vide positæ ad cap. *Scit* *Santa* nu. 4. infra dist. 12. elegantè *P. Suar.* lib. 3. de legib. cap. 8. nn. 3. ad finem.

## Ibi, Paulus, & ibi, Civem, &c. 3

Civem Romanum fuisse Paulum, vel ex eius testimonio liquet, nam aperte civem se Romanum profitetur, *Act. cap. 16. nu. 37.* Paulus autem dixit eis; *ca eos nos publice, indemnatos, homines Romanos miserum in carcere, &c.* & *Auctor. cap. 22. num. 27.* cum dixisset tribunus Paulo se multa summa civilitatem (*Syrius, D. Anselm. epist. 2. ad Timoth.* cap. 4. nu. 13. & alij legunt, *civitatem*) Romanam affectum esse, idest factum fuisse civem Romanum vi pecuniae: respondit Paulus, *Ego alienum, & natus sum, idest, civis Romanus.* Patet ex mortis genere, quam Romæ pertulit, capitis nimis abcisionem, honestam quidem mortem, & quæ civem Romanum non dedecet. Hærent tamen adhuc Doctores, qua ratione Paulus civis fuerit Romanus? *Hugo Card. & Chartus.* 2. *ad Timoth. cap. 4. num. 13.* existimant patrem Pauli pro se, & filijs suis civitatem Romanam accepisse, quod oppidum in quo natus erat, *Gischalam*, in Galilæa Romanis sponte tradiderit, indeq. Tarsum cum filio Paulo commigrasse. De *Gischala*, patria patetis Pauli sermo est apud *Hieronym. de scriptoribus Eccles.* cap. 5. ubi etiam addit, à Romanis fuisse captam, & inde cum filio suo Paulo abiisse Tarsum. Ceterum fabulâ hanc, Gischalæ expugnationem esse probat optimè *Baron. tom. I. anno Christi 36. num. 7.* ipso etiam *Hieron.* attestante *in comment. epist. ad Phil.* prope finē, ac proinde non Gischalæ accepisse ius civis Romani patrem Pauli verius est. *D. Anselmus, & Lyra 2. ad Timoth. 4. nu. 13.* contendunt, *Divi Pauli parentem Tarso in Cilicia* cum ceteris Tarsensibus occurrisse Romanorum legatis cum coronis, ac eos in civitatē suam benignè, & comiter excepisse, ac propertere donatos esse civitate Romana, indeq. Paulum natum civem fuisse Romanum, quod pater eum post acceptam civitatem Tarsi genuerit, ut constat *Act. 22. num. 3.* ubi Paulus de se. *Sun Iudæus natus Tarso Cilicie.* Lege *Baron. tom. I. anno Christi 58. nu. 148.* Lorin. in cap. 22. nu. 28. *Act.* ubi multa de Tarso. Illud cum *Baron. tom. I. ann. Christi 58. nu. 7.* Lorin. proximè citato, probare non possum, quod S. *Anselm. Lyra, Chartus. & Hugo Card.* locis à me allegatis, item S. *Ambros.* relatis à *Magalliano 2. ad Timoth. cap. 4. nu. 13.* addunt E 4 de penury

de penula, de qua *Paulus 2. ad Timotheum. cap. 4. nū. 13.* penulam, quam reliqui Troade, esse vestem consularē, quā Pauli pater à Romanis accep̄at, ipse vero Paulus à patre in argumentum nobilitatis, & civitatis Romanæ. De penula hac interim dum præcitos auctores non legis, scito eam fuisse, vel archam, sive theccam libris refertam, vel vellem sacram ad instar planetæ, vel casulæ, qua Paulus in sacris utebatur; vel volumen lacrum, putâ veteris testamenti, quod Paulus secum ferre consueverat; non vero penulam arcendis pluvijs inventam, sive scorream, sive gausapiam, de qua *Martialis lib. 14. epig. 130. Ciceron ad Attic. lib. 13. Lampridius in Alexandro, Spartan. in Hadriano,* quidquid interim abnuat *Magallanius*, cum multis quos citat, ubi proxime.

#### 4 In Gloss. verbo, civem, ibi, Pater.

Igitur quisque retinet sui patris originem, quā profecto mutare non potest, *I. Assumptio, §. Filius, & ibi Gloss. ff ad municipales, I. Filios apud originem patris. Cod. de Municip. & origin. lib. 10. probat post multos Boerius decis. 13. nū. 5. qui Glossæ meminit.*

5 Ibi, Insignum. Citat *Boer. decis. 160. nū. 22. & 23. & ex illa deducit, quod appellatione civis, comprehenditur civis privilegio factus, ita quod poena per statutum irrogata offendenti civi, extenditur ad civem privilegio creatum. Ceterum de penula, de qua hic Glossa dixi nū. superiori.*

### C A P. Quoniam. VIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Pontifex an habeat jurisdictionem temporalem?
- 2 Pontifex est judex, ubi lis oritur inter Principes.
- 3 Nullus debet mittere falcam in messem alienam.
- 4 In temporalibus an appelletur ad Pontificem?

**I**N textu. Agit textus cum Glossa, an Pontifex potestate, & jurisdictionem habeat temporalem? De quo ultra posita in cap. 1. nū. 4. 22. dist. & notata in cap. Novit. de jud. vide *Suan. de legib. lib. 3. cap. 6 nū. 2. Bartol. in l. 1. §. Presides, ff. de requiendis reis, ubi affirmat, hereticum esse, afferere, non habere Pontificem potestatem temporalem, & ex ea ratione damnatum fuisse Dantem.*

Poetam celebrem. *Mench. illustr. cap. 20. nū. 2. vers. Contraria. Peres ad l. 1. tit. 1. lib. 3. Ord. pag. 4. vers. Praeterea. Victoria select. 1. de potestate Ecclesia. Sot. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. à conclus. 3. Caet. 2. 2. q. 43. art. 8. Optimè Baron. tom. 10. anno Christi 847. nū. 11. qui textus meminīt.*

Illud tamen observa, Summum Pontificem posse cognoscere, & judicem existere competentem, ubi lis, vel discordia in re gravi vertitur inter duos Principes, neminem in temporali recognoscētes; si dum non consentiunt in judicem aliquem, vel arbitrum, ex tali discordia, seu lite, probabiliter timetur fidei catholicæ, Ecclesiæ, vel boni spiritualis detrimētum, ex bello, seditione, & perturbatione reipub. tunc enim potest, & debet Pontifex in ordinem ad evitanda huiusmodi incōmoda, cognoscere, & sententiam ferre; cui tales Principes Christiani stare tenentur. Ita Soto in 4. dist. 25. q. 2. art. 1. conclus. 3. & post Victoria, Phigium, & alios, comprobat Molin. de just. tract. 2. disp. 29. vers. Ex dictis Sotus.

#### 3 Ibi, Dignitatibus distinctis.

Notat *Decian. respons. 80. vol. 3. num. 23. ad hoc, quod nullus judex debet apponere falcam in messem alienam, quia potestates sunt distinctæ; faciunt quæ cōgerit Rebus. ad leg. Gallia, in proce- mō Glossa 1. nū. 61.*

**In Glossa, verbo, Discrevit, ibi, 4 Appellaretur.** Docet Glossa in temporalibus non appellari ad Papam, quam dicit notabilem *Abb. in cap. 1. nū. 7. de constit. limitans, nisi ratione peccati contra justitiam denegata, adiretur Papa contra Imperatorem; ut prosequitur latè Decius in cap. Novit. nū. 8. de judicijs.*

### C A P. De capitulis. IX.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Leo 4- quis fuerit?
- 2 Lex Imperialis, deficiente Canone, an servetur in Ecclesia?
- 3 Aliiquid pro certo quando habeatur?
- 4 Imperatores appellabantur Pontifices?

**I**N superscriptione, ibi, *Leo 4. 1 Qui fuit patria Romanus, patre Rodulpho, creatus anno 848. secundum Platinam, aut 845. secundum Alphonsum Chacon in vi- tis, & gestis Pontificum, & adde juxta eosdem authores Pontificatus sui principio magnani sancti-*

sanctitatis, ac prudentiae declarandae materiam  
nactum esse. Romae iuxta eadem Sancte Luciae  
in Orthea, basiliscus (quem latini regulum appelle  
possunt) dirum serpentis genus, est or  
tus, qui venenato suo halitu, omnibus qui ad  
cavernam eius ascendeant, repentinum affe  
rebat interitum, itaque trepidantibus ad tantum  
periculum universis, Pontifex solemnij iunio,  
ac preicatione perfectis, in die Assumptionis  
Virginis Mariæ, e patriarchio exiit, & cum  
hymnis, ac canticis, sancta precedente imagi  
ne, ad Basilicam sancti Adriani cum clericis  
processit, inde ad Basilicam sanctiss. Virginis ad  
præsepe perrexit; & cum ad speluncam ubi cu  
bare serpens dicebatur, apropinquasset, caterva  
fidelium, qua stipabatur, subsistere iusta, inter  
ritus animo ad os cavernæ, unde pestifer erup  
pebat afflatus accessit, atque oculis, & palmis in  
cœlum intentis, repente exitiale virus ser  
pentis evanuit. Postea incendium illud signo  
crucis extinxit: quod diu per domos Saxonum,  
& Longobardorum vagatum D. Petri Basili  
ca appropinquabat. Hoc autem factum est 8.  
die ab Assumptione Beatae Deigenitricis, qui  
dies postea ut festus celebratur.

**2 In textu.** Refert hunc textum Rebus. ad  
leg. Gallie in proœmio Glossa 1.  
nu. 55. & collige ex illo leges Imperiales, defi  
ciente Canone, esse servandas in foro ecclesiæ,  
de quo Fortun. de vlt. fin. illat. 13. Contrarium ta  
men, & melius docet Tiraq. de primog. q. 44. nu.  
3. nisi tales leges fuerint à Pontifice approbatæ.  
Integral originem textus vide apud Baron. tom.  
10. annal. anno Christ. 847. nu. 11. vers. de capitulis,  
cumquo prosequere. Adde posita ad cap. Vestrarum  
13. nu. 4. infra eadem dist.

**3 Ibi, conservaturus.** Ex honestate  
Pontifex non ex necessitate, quia non tenetur  
subesse legibus Imperatorum, de quo vide po  
sita in cap. Nos. 2. q. 7.

**4 Ibi, Pro certo.** Ergo à contrario sensu  
dicitur quis habere ali  
quid pro certo, quando est certificatus ab uno  
fidedigno, de quo vide Castren. in l. Si posthumus  
§. si quis nu. 3. ff. de liberis, & posthum. prosequi  
tur late Tiraq. de pœnis causa 51. nu. 31.

**5 In Glossa verbo, Pontificum.**  
Docet Glossa Imperatores olim appellari Pon  
tifices, quam dicit notabilem Ludovicus Gomez  
in reg. de infirmis, q. 2. §. Prope. ubi in initio agit,  
an Imperator infirmitate oppressus, possit re  
nuntiare imperio?

Dicitur in lexico

## C A P. Vides. X.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Ioannes octauus quis fuerit?
- 2 Lex prohibitiva an annulet actum?

**I N superscriptione, ibi, Ioannes Octavus.** Hunc Ioannem Anglicum  
fuisse, ex Maguntiaco ori  
undum testatur Platina; qui addit huiusmodi  
Pontificem mentitum esse sexum, cum fœ  
mina esset; quam fabulam excerpit à Martino  
Polono afferente, post Leonis 4. pontificatum  
Ioannam fœminam in Sede Romana, astutia,  
& malis artibus intrusam, sedisseque annos duos,  
menses quinque, dies tres. At quis non videt  
commentum hoc à Martino excogitatum, sine  
ullo authore, citra veri similitudinem confi  
ctum; de quo videndus est omnino Onuphrius  
Panvinus in additione ad eundem Platianam, latè Flori  
mundus Remondus in lib. tuncupatio de fabula Ioanne,  
præcipue cap. 3. latissime Bellarm. lib. 3. de Roman.  
Pontif. cap. 24. ubi figmenta à Magdeburgensi  
bus in contrarium allata, festivè irridet, & ele  
ganter dissolunt. Optimè Alphonsus Chacon de vi  
tis Pontificum, post vitam Leonis 4. fol. 240. qui  
fol. 248. affirmat Pontificem Ioannem octavum  
fuisse Romanum, Gundii filium, consecratum  
19. Kalend. Ianuarij anno 872.

**Ad textum.** Collige quod legis auth  
oritate dissolvitur, quod cō  
tra eam sit, & sic lex prohibitiva simpliciter  
loquens, semper censetur habere clausulam de  
rogatoriam, & annullativam actus, ut ex no  
stro textu deducit Gregor. Lopez part. 5. tit. 11. l.  
28. Glossa 7. Quid autem si lex ultra prohibiti  
onem, adderet pœnam, an tunc teneat actus, &  
tantum agatur ad pœnam? Vide eundem Gre  
gor. Lopez ubi proximè, & Abbat. notabiliter distin  
guentem in cap. 2. nu. 5. de testib. Tu resolve le  
gem purè prohibitiuam nunquam irritare actū,  
Suar. de legib. lib. 5. cap. 27. num. 6. Vasquez 1.2,  
disp. 164. cap. 3.

## C A P. Quis autem. XI.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Lex an obliget in conscientia?
- 2 Magistri grammatica an possint statuta  
facere?

Lex

- 3 Lex loquens de consilio non obligat ad peccatum.  
4 Aliud est contemnere, aliud non parere.

### **I**N textu ibi, Leges principum.

Ergo leges principum imponunt homini necessitatem in foro conscientiae, de quo D. Thom. I. 2. q. 96. art. 4. Covar. in reg. peccatum. 2. p. §. 5. nu. 3. Castro de lege penal. lib. I. cap. 4. Soro. lib. I. de iust. q. 6. art. 4. Alciat. in cap. Cum comingat. nu. 98. de jure jurando. Reginaldus in praxi zom. I. lib. 15. cap. 6. & lib. 13. cap. 18. Adde quæ late scripsimus ad cap. I. nu. 2. supra dist. 4.

**Ibi, monitiones paternas.** Ergo pater potest superdomum, vel familiam suam, leges statuere, & admonitiones facere, ut tradit Bart. in l. Omnes populi na. 12. ff. de iust. & jure, qui etiam ibi, dicit magistros grammaticæ posse facere statuta circa bonos mores, & poenalia alicujus coercionis, non tamen poenalia pecuniaria, allegans textum in Aribert. habita Cod. ne filius propare, & in l. Sed et si quecumq; §. fin ff. ad l. Aquil. l. Item queritur §. Item Iulianus ff. de locate; & conducto.

**In Glossa, verbo contemni, ibi, De consilio.** Tenet Glossa, quod ubi lex loquitur de consilio, non obligat ad peccatum; quam dicit bonam, Abb. in cap. I. nu. 4. de constitutionibus. Navarr. in Man. cap. 20. nu. 2. Menoch. de arbitrar. casu 380. nu. 3. quod tamen limitabis, nisi quis ex contemptu contraveniret huic consilio, ut per eundem Menoch. nu. 6. Navarr. cons. 3. num. 4. de celebrat. missarum edit. 2. Felin. in cap. I. nu. 22. de constitutionibus. Covarr. in cap. Alma I. p. §. 7. nu. 6.

**In eadem Glossa, ibi, Aliud est.** Et sic aliud est contemnere, aliud est non patere, ut ex nostra Glossa notavit Cabed. decis. 87. nu. 2. Menoch. de arbitriis casu 416. nu. 27. cu quibus prosequere plures questiones circa hoc excitantibus.

### **C A P. Certum. XII.**

#### **S V M M A R I V M.**

- 1 Gelasius Primus, quis fuerit?  
2 Leges Romanorum debent servari.

**I**N superscriptione, ibi, Item Theodorico Regi. Cum textus superior sit conditus à Gelasio pontifice; iam inferas hunc

Gelasium fuisse nomine primum; natione Afrum, patre Valerio, creatum anno Domini 492. teste Platina, & Panvino in vitis Pontificum, quia tunc temporis hic Theodoricus regnabat, & Siciliam, Dalmatiam, Burgundiam, aliaq; regna suo regno adiunxerat. Gelasius autem, Manichæos in urbe deprehensos exilio damnavit, corumq; libros apud Basilicam B. Mariæ publicè combussit. Adde Alphons. Chacon de viis, & gestis Pontificum, anno Domini 492. fol. 133.

**Ad textum.** Collige ex textu, & eius 2 summario, leges principum Romanorum servandas esse ab omnibus, & ideo dicit Bart. in l. Hostes ff. de captiis, hereticum esse, qui dicit Imperatorem non esse Dominum mundi: sed contrarium verum est, ut post Palat. tradit Cabed: tom. I. decis. 211. in principio. Covarr. & alios citans Avendan. tit. de las excepciones nu. I. Gama decis. 348. nu. 6. cum rex in suo regno possit facere legem contra ius commune. Afflct. in prælud. constit. Neapolit. q. 2. Rebuf. tom. I. ad leg. Gall. in procœmio. Glossa I. nu. 4. & nu. 78. & Glossa I. nu. 20. Adeo quod poenæ impositæ in legibus proprijs, tollunt poenas legum Romanorum. Felin. in cap. Quia super n. 9. de maiorit. & obedient. & post Grammatic. & alios tradit Cabed. ubi proximè nu. 4.

### **C A P. Vestram. XIII.**

#### **S V M M A R I V M.**

- 1 Leo quartus quis fuerit?  
2 Lotharius Augustus monasticum habitum suscepisse?  
3 Index ecclesiasticus compellit seculararem eq; obiv ad leges observandas.  
4 Lex Imperatorum, an obliget ecclesiasticos? Ipsi pto cœlio. Rigo dñs pspcœ illi  
**I**N superscriptione ibi, Leo quar-

tus. De quo vide posita ad cap. De capitulis, supra eadem dist.

**In eadem superscriptione, ibi, 2 Lotharius Augustus.** Qui fuit Imperator Romanus nomine primus, electus anno Christi 840. prout roferit Panvinus in Chronolog. ecclesiastica, eodem anno, & imperium obtinuit ann. 15. mensibus 3. Vide Petrum Mexiam in vita Lotharij, qui ait hunc Lotharium monasticum habitum suscepisse, & sancte universæ carnis viam fuisse ingressum.

Ad

3 Ad textum. Vide textus originale p. Baron. tom. 10. annal. anno Christi 847. num. 11. ad med. & collige ex illo, quod ad judicem ecclesiasticum spectat hortari judicem sacerdarem, ut leges observet, & secundum eas judicet, nec aliquam dissolvi permittat, adeo ut possit illum ad hoc compellere, de quo vide Abb. in cap. 1. num. 11. de officio ordinis. Rebus. conf. 193. pag. 4. vers. Iudex sacerdotalis.

4 In §. Volumus. Ergo Imperator leges potest condere, quae obligent judices ecclesiasticos, quod an sit verum? Vide Azor tom. 1. lib. 5. cap. 13. per totum, & cap. 14. Adde posita ad cap. De capitulis, nu. 25. eadem distinctione.

## DISTINCTIO XI.

## CAP. Usus. I.

## SUMMARY.

1 Usus an excusat in malis?

2 Usus quid sit?

1 Ad textū. Collige ex textu, quod usus non excusat in ijs, quae de sua natura, mala & detestabilia sunt, de quo vide Felin. in cap. Ea quae nu. 1. in fine, de simonia, post alios Farinac. tom. 1. q. 20. nu. 26. Notabis tamen, quod consuetudo aliquando excusat; sic videmus, quod excusat monachos non obediendi regulis eorum religionis, ut post Mathesilan. tradit idem Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 21. Sic similiter excusat delicta commissa in ludis, colluctationibus, & torneamentis, ut per eundem Farinac. nu. 25. per text. in l. Qua actione, §. Si quis in colluct. ff. ad l. Aquil. & in l. Si ex plagis. §. Fin. ff. eodem. imò usus, & consuetudo excusant judicem judicantem contra leges. Bart. in l. 1. in fin. principij n. 11. ff. quod quisq; juris. Tiraq. de pœn. temp. causa 42. nu. 10. post alios Farinac. ubi proximè nu. 9. Adde posita ad cap. Consuetudo nu. 3. & 5. supra dist. 1.

2 Ibi, Usus. De usu vide Azor tom. 1. inst. moral. lib. 1. cap. 27. & de differentia inter usum, & morem, vide cap. Mos est nu. 3. supra dist. 1.

## CAP. Consequens. II.

## SUMMARY.

1 Doctores qui textus meminere?

- 2 Statutis Pontificum, consuetudo non refragatur.
- 3 Occasio quid sit.

1 IN textu. Meminerunt huius textus Petrus Ravinas de consuetud. sect. 1. nu. 28. in fin. Franciscus Gratianus in compend. juris Canonici p. 1. nu. 228. vers. Et iao.

## Ibi, Nullius consuetudinis. 2

Ergo non potest statutis Pontificum aliqua consuetudo refragari, tūm quia licet consuetudo excusat aliquando à pœna temporali, nunquam tamen excusat à pœna spirituali, & æterna. Glossa Vlt. in cap. 2. de tempor. ordin. Roman. sing. 19. incipit, An consuetudo; tradit post multos Farinac. 3. tom. q. 95. nu. 42. Tum quia consuetudo reprobata à Principe, vel à lege, non excusat delinquentem, ut colligitur ex traditis per Bald. in Authent. nayigia nu. 2. Cod. de furtis: alios in proposito refert Tiraq. de pœn. temp. causa 42. nu. 15. plures Farinac. ubi supra nu. 43. licet nu. 49. referat aliquos contrarium tenentes.

## Ibi, Occasione. Quæ definitur à Dominico col. 1. in cap. 3

Statutum §. Insuper de rescriptis lib. 6. ut sit res, quæ in veritate facti eis fallia, sed exterius appetet coloratè justa, per textum in l. Famosi §. Hoc tamen. ibi. Non in occasione, sed in veritate rei, ff. ad l. Julianam maiestatis: unde aliud est occasio, aliud est causa, ut videri potest in cap. Solitæ, post principium, ibi. Non causam, sed occasionem prohibuit. de maiorit. & obedientia; unde scribentes dicunt causam in jure consistere, occasionem in facto. Planè multa de occasione vide latissime p. Tiraq. cessante causa, limitatione 13.

## CAP. Nolite. III.

## SUMMARY.

1 Iulius primus quis fuerit?

2 Errant illi, qui peregrinas citant opiniones.

3 Bona quæ ex legibus deducuntur.

4 Consuetudo Romana, an ubiq; sit servanda?

1 IN summario, ibi, Iulius. Qui fuit nomine primus, Rustico patre natus, creatus anno Incarnationis 336. die 26. Octobris: de ejus successore in Pontificatu agunt Zozemenus lib. 2. cap. 29. Optatus Milevianus lib. 2. contra Patrem. & vide Chacon fol. 90. & 91. de viis,

yitis, & gestis Pontif. Quam gravis autem tempore huius Iulij contra Ecclesiam Dei persecutio excitata sit à Sapore Persarum rege? Cognosci potest ex Zozomeno lib. 2. cap. 8. & ex Anciniano Marcelino lib. 25. quam ex illis refert Cardin. Baron. tom. 3. annal. anno Domini 343.

**2 Ad textum ibi, Doctrinis varijs, & extraneis.** Nota errare illos, qui varias, & peregrinas citant opiniones, & relinquunt certam, & sanam doctrinam, & facit contra D.D. qui modum legendi, & explicandi ita innovant, ut confundant veras theoricas, & dum varias opiniones referre procurant, antiquum chaos suscitant; & plerūq; novitates pariunt discordias, de quo vide Anch. in cap. Cum consuetudinibus nu. 2. de consuet. & ideo dicit l. In rebus, ff. constit. princip. In novis rebus constituendis evidens debet esse utilitas, & adde Glossam in cap. Vlt. verbo, cogi, de conjugio lepros. Cordub. in questionario, lib. 4. q. 1. preposit. 6. vers. Secundo probatur. Nihil ultra licet novitati, quia nihil addi convenit vetustati, ut tradit Sixtus Pontifex in epist. ad Antiochenf. Episcopū, quam refert Baron. tom. 5. annal. anno Christi 432. nu. 41. ubi adversus novitates, eleganter Franciscus de Mendoça, tom. 1. in lib. Regum, annot. 2. proœmiali. sect. 2. per totam. Adde posita ad cap. Quis nesciat nu. 5. infra hac eadem distinctione, & ad cap. Hac autem, nu. 1. infra dist. 30.

**3 Ibi, His freti.** Homines enim legibus freti, contra cuncta iniuriorum iacul. persistere valent, lex facit patrias habitare caute, proprias facultates habere firmissimè, & iustitia frui, ut ex nostro textu deducit Gregor. Lopez p. 1. tit. 1. l. 10. Glossa 1. Adde Sylvestri verbo, Consuetudo, §. 13. nu. 16. Franciscum Gratianum in compendio juris Canonici, p. 1. nu. 229.

**4 In Glossa verbo, Docere.** Disputat consuetudo urbis Romæ seruanda sit ubiq; De quo vide Rochum de consuet. sect. 4. n. 18. qui huius Glossæ meminit. Nevizancum in Sylva nuptiali, sub tit. Monitaria, vers. Amplia secundò, post med. fol. mihi 98. col. 3.

## C A P. Consuetudinis. VI.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores, qui textus meminere.
- 2 Glossa contra textum arguit.
- 3 Consuetudo an vincat legem? & nu. 4.

& 5.

**I N textu.** Circā textum, & eius matemiam Gregor. Lopez part. 1. tit. 2. l. 3. Glossa contra derechos. Adde Decian. tract. crim. lib. 9. part. 1. nu. 31. Rebuf. ad leg. Galliae 3. tom. in prefat. tit. de consuet. art. 2. Glossa 12. nu. 2. Anch. in cap. Vlt. nu. 6. ad fin. de consuetud. Reginaldum in praxi lib. 13. cap. 23. nu. 248. & seqq. Basiliū de impedimentis matrimonij, cap. 1. §. 2. vers. Atq; ex his.

**In Glossa verbo, Vincat.** Arguit **Glossa**

contra textum; & dicit quod verba illius non possunt intelligi de consuetudine rationabili, siquidem hæc præjudicat legi humanæ, quam abrogat; nec item possunt intelligi de consuetudine irrationali, quippe quæ nullam debet habere vim, nec autoritatem: de quo dubio, & solutione vide textum, & Glossam in l. 2. Cad. quæ sit longa consuet. Glossam 4. in §. Ex non scripto inst. de jure naturali. D. Thom. 1.2. q. 97. art. 3. ad secundum. Rebuf. ad leg. Gall. 3. tom. in prefat. tit. de consuetud. à nu. 60. Corras. de jure civili in Methodo, 3. p. cap. 15. Conan. de jure civili, lib. 1. cap. 10. & na. 6. & 9.

**In fine textus, ibi, Rationem,** **aut legem.** Docet textus consuetudinem non vincere rationem, aut legem, idem docuit Imperator in l. 2. C. qua sit longa consuetudo. ex qua noster textus fuit defusus. At omissis multis, quæ tradunt supra citati

Doctores, dicendum est per verbum, rationem, intelligi ius naturale, & per verbum, legem, ius humanum positivum. Vnde hæc agitur de consuetudine irrationali; quæ nec contra naturam, nec leges ullam habet autoritatem. Nec obstat, quod Imperator in d. l. 2. loquitur de consuetudine, cuius non vilis autoritas est, ut planè vilis, imò nulla est irrationalis consuetudinis autoritas: nam respondetur consuetudinem irrationalib; plurimum sibi autoritatis vendicare circa ignorantiam, errorem, & verisimilem mentein partium explicandam, & probandam, ut per Menoch. de arbitrat, casu 71. per totum, & hoc intendunt Doctores, qui in consuetudine rationem non requirunt, ut per citatos à Tiraq. in prefat. retract. nu. 76. Gomes in cap. 1. de constitutionib. lib. 6. nu. 131.

**In §. Cum verò, ibi, Nec humanis legibus.** Colligitur consuetudinem tunc esse observādam, quando legi humanæ non adversatur: sed videtur posse Gratianum convinci ex eo, quod consuetudo non minorem habet autoritatem quam lex, juxta sententiam Iuliani in l. De quibus ff. de legibus, & in l. Sed ea illo tit. Plane nemo dubitat, quod lex sequenti legi deroganti cedit,

cap. 1. de constitutionibus lib. 6. tradunt latè citati à Cencio

Cenedo ad Decretales Collectan. 123. nu. 3. est etiam contra Gratianum unanimis scribentium sententia, qui omnes legitimæ consuetudini contra leges tribuunt authoritatem, Abb. in cap. Vlt. de consuetudine nu. 9. ubi reliqui scribentes Accursius in §. Ex non scriptio instit. de jure naturali Bart. in l. de quibus. nu. 5. ff. de legibus. Duarenus tit. de legibus cap. 12. vers. 4. Rebus. ad leg. Gallia. 3. tom. tit. de consuetudine in prefatione à nu. 60. Cuiacius in cap. 1. de fœndi cognitione.

**S**quare Gratianus in præsenti, de consuetudine mala venit intelligendus, iuxta resoluta supra nu. 3. nam cum Gratianus in hac distinctione ad probandum id, quod in principio dixerat citet dictam l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, ut patet in nostro textu, meritò secundum illam est intelligendus. Cum igitur locus ille Imperatoris de irrationabili consuetudine, ex supra dictis intelligatur, de illa etiam Gratianus in præsenti debet intelligi, ex quo cessabunt contra illum obiecta. Iuvat textus in cap. Vlt. de consuetudine, ubi eadem fermé verba nostri textus eodem modo eleganter summus Pontifex declarat, in vers. Litter. enim.

## C A P. Ecclesiasticarum. V.

### S V M M A R I V M.

- 1 Basilius Sanctus quis fuerit?
- 2 Consuetudo antiqua Apostolorum, an tradat aliquid de fide?
- 3 Consuetudo universalis ligat tanquam lex.
- 4 Debemus orare versus Orientem.
- 5 Olim fiebat oratio ad Occidentem.
- 6 Signum crucis quomodo debet fieri?

**I**N superscriptione ibi, Basilius. Qui fuit nobilis Cappadox, & Athenis una cum Gregor. Nazianzeno eius amicissimo sacerularibus litteris, deinde in monasterio sacris mirabiliter eruditus, virginitatem perpetuò coluit, caluit doctrina mirabili, & morum excellētia, ut inde magni cognomen invenerit, multa præclara scripsit; ac nemo, teste Gregorio Nazianzeno, sacrae Scripturæ libros verius, aut uberioris explicavit; floruit anno Domini 354. Pontifice Liberio, & Imperatore Constantino; de quo vide Baron. 3. tom. anno Domini 354. à nu. 27. usq; ad 40. & anno 361. nu. 50. & 51. ubi ait fuisse Basilius authorem, & institutorem monachismi in Armenia, & Ponto; Obiit sub Damaso Papa, teste eodem Baron. anno Domini 378.

VI

nu. 1. tom. 4. ubi numeris sequentibus possunt videri multa de laudibus Basili.

**Ibi, Apostolica traditione.** Ergo <sup>2</sup> anti-qua consuetudo à temporibus Apostolorum custodita, sufficiens est argumentum ad demonstrandum aliquid esse defide; cum plura Ecclesia catholica circa sacramenta, religionem, & fidem tradidit, quæ non constant ex sacra Scriptura, ut refert Covar. lib. 1. variar. cap. 10. nu. 3. ante finem, qui plura congerit. Hoc tamen loco, nomine Apostolice traditionis, illa intelligitur traditio, quam Apostoli ex ore Christi, acceperunt, vel quam illi tanquam instrumenta Spiritus Sancti, seu dictante Spiritu Sancto tradiderunt Ecclesiæ; non verò ea, quam historia tantum continuat à tempore Apostolorū deductam; hæc enim non facit rem de fide. Vide eleganter Suar. tract. 1. de fide disp. 5. sect. 4. nu. 5. 6. & 7. Favet præterea D. August. lib. 4. de bapiisimo cap. 24. Quod, inquit, universa tenet Ecclesia, nec Concilijs instituum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditur. Cujus testimonij ubiorem explicationem habes apud eundem Suar. tom. 3. in 3. p. disput. 12. sect. 1. §. Dices si ea.

**Ibi, Quibus par ritus.** Notat Navarr. <sup>3</sup> in 3. p. summa. Glossa de panit. dist. 5. nu. 32. & hunc textum vocat optimum ad hoc, quod consuetudo universalis per inde liget, ac lex universalis; & consuetudo particularis, ac lex particularis; faciunt quæ tradit Sylva nuptialis sub tit. monitoria vers. Amplia secundo post. med. fol mihi. 98. col. 3.

**In §. Quæ enim vers. quæ Ori- 3 entem versus.** Vide Petrum Ravinas de consuetud. sect. 3. nu. 43. optimè Navarr. in Enchirid. de orat. cap. 4. nu. 6. ubi dicit hunc textum esse D. Hieronymi; sed est D. Basilius in lib. de spiritu Sancto. cap. 27. Ex quibus collige rationem quare debemus orare versus Orientem, quam etiam assignat Paulus Fusca de visitat. lib. 1. cap. 10. nu. 7. quia in Oriente est paradiſus deliciarum, ubi Deus hominem, quæ creaverat, posuit Gen. 2. nu. 16. nos tendere debemus, tanquam requirentes antiquam patriam; Item quia Christus in scripturis Oriens nominatur Zach. 3. nu. 8. & cap. 6. nu. 12. Hunc præterea morem orandi versus Orientem, non quidem superstitione, sed religiose veteres olim observabant. Hinc Eneas lib. 8.

Surgit, & aetherij spectans orientia solis.  
Lumina.

Et lib. 12.

Illi ad surgentem conversi lumina Solem.

Neque solùm ex Marone, sed etiam ex Valerio Flaco hanc gentiliū religionem observatā habemus;

habemus; qui tunc suas preces superis accep-  
tas esse credebant, cum pleno vultu orientem  
Solem excipiebant. Ita ille lib. 3. Argon.

*Imperat hic altè Phæbi surgentis ad orbem  
Ferre manus, totisq; simul procumbere campis.*

Neque abnuunt ab hac consuetudine Apul.lib.2.  
Vitruvius lib. 4. cap. 5. Latin. Pacat. Paneg. Theodos.  
Divinis, inquit, rebus operantes. in eam cali plagam  
ora convertimus, à qua lucis exordium est. Non omit-  
tam venustissimum locum Damasceni affirmā-  
tis. Christum servatorem in Cruce pendentem  
ideo à fronte Occidentem, à tergo vero Orientem  
habuisse, ut gentes dum Orientem oran-  
tes intuerentur, divinos Christi vultus simul  
alpicerent. Ita ille lib. 4. cap. 13. Dominus, inquit,  
cum in Cruce penderet, ad occasum prospiciebat, eoq;  
nomine ita adoramus, ut eum obtueamur. Vide hac in  
re Pontan. ad illa loca Virgilij. Cerdam. Lambertum,  
& Nascimb.

Olim autem in lege veteri oratio fiebat  
ad Occidentem, & dicit Sanctus Thom. I. 2. q.  
102. art. 4. ad 5. quod adoratio ad Occidentem  
fuit introducta in lege veteri, ad excludendam  
idolatriam, cum gentiles in reverentiam Solis  
adorarent ad Orientem. Item ex eo, quod to-  
tus status prioris tabernaculi ordinabatur ad fi-  
gurandam mortem Christi, quæ significabatur  
per occasum.

6 In Glossa, verbo, Scriptura.  
Agit Glossa qualiter debeat fieri signū crucis,  
de quo videbis Marquardum in tract. de Iudeis, p.  
I. cap. 9. nu. 6. qui huius Glossæ meminit; Na-  
vair. de orat. cap. 19. nu. 200. 3. tom.

## C A P. Consuetudinem. VI.

### S V M M A R I V M.

1 Non valet consuetudo baptizandi in  
nomine Patris, & Filii, & Spiritus  
sancti, & Diaboli.

1 In textu. Notat Rochus de consuetud. in  
cap. Cum tanto, nu. 13. fol. 26.  
& per illum tenet, quod non valet con-  
suetudo baptizandi in nomine Patris, &  
Filii, & Spiritus sancti, & Diaboli; sic simili-  
ter num. 16. non valere consuetudinem, quod  
clericis in minoribus beneficiis non teneantur  
ad horas, seu divinum officium Domini. Item  
num. 21. ait quod consuetudo, ut suspensi tene-  
antur in patibulis, non valet, quia id prohibe-  
tur à jure divino; idemq; tradit Bald. in cap. 1.  
¶ Injuria, nu. 9. in tit. de pace iuramento firmari. in

ufibus fœud. Vide etiam Rebf. ad leg. Gallie, 3. tom.  
in prefat. tit. de consuetud. nu. 63. qui textus me-  
minit.

## C A P. In his. VII.

### S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo præter legem est valida.
- 2 Peregrini an obligentur legibus loci, in  
quo versantur.
- 3 Transgressor consuetudinis punitur, si-  
cūt transgressor legis.

In textu. Illum refert Abb. in cap. Vlt.  
nu. 21. de consuetud. & per il-  
lum tenet consuetudinem præter legem  
validam esse, de quo etiam Anch. ibidem  
nu. 6. post principium, & ad med. Ripa lib. 2.  
respons. 31. nu. 1. ad fin. & meminit huius textus  
Canus de locis theologicis lib. 3. cap. 6. post med. Ro-  
chus de consuet. in cap. Cum tanto num. 13. fol. 16.  
Petr. Raven. de consuet. sect. 1. nu. 47. quem vide  
circa textum.

Ibi, Mos populi. Notat Salas de le-  
gibus disp. 14. sect.  
4. nu. 42. fol. 323. ad hoc, quod peregrini, &  
advenæ obligentur legibus, & consuetudini-  
bus loci, in quo versantur; vide de materia que  
scripsimus ad cap. Qua contra mores nu. 2. & seqq.  
supra dist. 8.

Ibi, Ita contemptores. Collige ex 3  
textu trāf-  
gressores consuetudinis debere puniri, sicut  
transgressores legis, de quo Abb. in cap. Cum cō-  
suetudinis nu. 3. de consuet. Petrus Ravenas de consuet.  
sect. 2. nu. 43. Iason in l. Iubemus nu. 3. Cod. de ju-  
dic. Maior in 4. dist. 15. q. 5. Vnde consuetudo  
etiam in foro conscientiae servanda est, ut tra-  
dit Rebf. ad leg. Gall. 3. p. in prefat. tit. de consue-  
tud. nu. 74. Suar. de legib. lib. 7. cap. 16. nu. 2.

## C A P. Catholica. VIII.

### S V M M A R I V M.

- 1 Quælibet Ecclesia regitur suis consuetu-  
dinibus.
- 2 Concilium Provinciale habet potestatem  
ferendi leges.
- 3 Glossa ab omnibus approbatur.

**I**N textu. Dicit optimum Abb. in cap. Cum; olim, nu. 5. vers. Contra, de consuetudine. & ex illo deducit quamlibet Ecclesiastis regi suis spiritualibus consuetudinibus: quem vide in ornatum, & ibi addit. latera, & nu. 7. in principio, & in cap. Cum consuetudinis, nu. 3. & in cap. Vlt. nu. 21. eodem tis. Anchore in d. cap. Cum olim. nu. 3. vers. Tertio nota, & vide ad quid notet Innocent. in cap. Dilectio nu. 6. de officio Arobid. Boes. decis. 265. nu. 9. Shar. tom. I. de Relig. lib. 2. de diebus festis, cap. 3. nu. 1. Vnde synodalis constitutio est observanda, ut notat ex hoc textu. Cardinalis Mantica decis. 229. nu. 4.

**2** Ibi, Privatis constitutionibus. Ergo Concilium Provinciale habet potestatem ferendi leges, quoad territorium suum, ut pēt hunc textum post Medices in tract. de legib. p. I. q. 9. tradit. Salas de legib. disp. 8. sect. 15. nu. 76. & vide posita 18. dist. per totam. Adde Shar. de legib. lib. 4. cap. 6. nu. 9. qui textum refert.

**3** In Glossa, verbo, particularis. Vide Petr. Raven. de consuet. sect. 2. nu. 10. & illam appellat notabilem Palat. in repet. cap. Notab. 2. §. I. nu. 36. & eam dicit auream Felin. in cap. Accidentes nu. 6. in principio, de prescript.

### CAP. Palam IX.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo Romana Ecclesiae, an debeat in alijs Ecclesijs observari?
- 2 Privilegium à pluribus concessum validius est.

**I**N hoc cap. & duobus sequentibus loquitur Gratianus de consuetudine generali Romanæ Ecclesiae, quam etiam in alijs Ecclesijs statuit observandam; & est ratio, quia in Romana Ecclesia remansit integra Apostolorum successio, & traditio, ut p. Bellarm. de verbo Dei nō scriptio, cap. 9. vers. Quinta regula est. & ideo mater omnium ecclesiarum dicitur, ut per eundem de Romano Pontifice cap. 23. vers. Quid est etiam lib. 1. Insuper exempla patrum, & pontificum sequenda sunt. Siquidem talis consuetudo optima est interpres ecclesiasticarum traditionum, & legum, ut multis comprobatur idem Bellarmin. tom. 3. lib. 2. de bonis operibus in particulari, cap. 5. in principio. Adde optimè Cordub. in question. lib. 4. q. 1. proposit. 5. & posita ad cap. I. nu. 1. infra dist. 12.

**In Glossa Vlt.** Colligit Glossa ex textu, quod privilegium à pluribus Episcopis concessum, pravalet illi, quod à paucioribus datur, de quo vide aliqua per Abb. in cap. Cum dilecta, in principio, de confirm. utili, & in cap. Quia 29. nu. 1. & 2. de privilegiis; & quod privilegium erit potius, si plura sint impetrata à diversis personis super eadem causa, vide evndem in cap. I. nu. 14. de rescript.

### CAP. Hoc vestræ X.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Leo primus quis fuerit?
- 2 Sylvester nostri textus meminir.
- 3 Delictum iteratum gravius punitur.

**I**N superscriptione, ibi, Leo Papa. Hic est Sanctus Leo magnus nomine primus, Quintiniani filius, natione Tuscus, creatus anno Domini 440. imperantibus Theodosio juniore, Placido Valentiano, Flavio Marciano, Flavio Achetto, Flavio Iulio, Maioriano, & Flavio Leone, Augustis. Obiit anno Domini 461. tertio Idus Aprilis, sedit ann. viginti unum minus diebus 322 cum multa faniasset, & luculenter scripisset de sancta Dei Ecclesia, & universo grege Domini; rerum gestarum magnitudine, pontificia sanctitate, Apostolica facundia, modestia christiana, omniq; divina virtute fuit admirabilis. Vide Platin. in ipso Leone, fuisus Alphonsum Chacon de vitiis, & gestis Pontificum. fol. mihi 123. Adde Baron. tom. 6. anno Christi 461. nu. 3. & seqq. & vide posita ad cap. Sancta nu. 18. dist. 15. Sunt qui Merlinum Anglum Vatem insignem, illis temporibus adscribant, de quo plura fortasse, quanta satis est, scribuntur.

**In textu.** Vide posita in cap. Palam, supra hac eadem dist. II. & infra in cap. seq. nu. 3. Adde Sylvest. verbo, consuetudo, §. 13. num. 26. & posita ad cap. Ridiculum, infra dist. 12.

**In Glossa 1.** Ergo delictum iteratum gravius punitur, de quo vide Felin. in cap. Atsi clerici, §. de adulterijs nu. 18. de judic. faciunt quæ tradit. Corvar. lib. 2. resolut. cap. 9. nu. 7. in principio. Vnde si quis committerit aliquid delictū, de quo habuerit gratiam; si inde reiteret, gratia secunda non valet, nisi Princeps fuerit certificatus de priori delicto. Alciatus in cap. Cum non ab homine de judicijs. num. 44. lectura 2.

## CAP. Quis nesciat. XI.

- S V M M A R I V M . q u e b o u p*
- 1 *Innocentius primus quis facit?*
  - 2 *Ieiunium sabbathi quando institutum?*
  - 3 *Traditionibus Romanae Ecclesie fides datur.*
  - 4 *Insulae an veniant sub appellatione provinciae? Hoc acifi cap.*
  - 5 *Novitates plerumq; discordias pariunt.*
  - 6 *Dicitio, alium, quid importet?*

## IN superscriptione, ibi, Innocentius primus. Qui fuit filius Innocentij, patria Al-

banus, creatus anno Domini 402. Imperatoribus Archadio Honorio, & Theodosio juniori Augustis: sed in pontificatu annos 15. menses 2. & dies decem: Tempore huius Innocentij Mileti in Numidia celebratum est ab Episcopis totius Africæ Concilium Milevitanum primum; postea celebratum fuit in Africa Concilium generale Carthaginense dictum, quod ex omnibus provincijs Africæ fuerit collectum: in quo de concordia, & unitate concilianda cū Donatistis actum est. Anno 3. Innocentij, Christi 404. emersit Pelagius hereticus ex Britannia maiori (ut Prosper in Chronicis testatur) professione Monachus, divinæ gratiæ hostis, & impugnator acerrimus. Anno 14. Innocentij, Christi autem 415. corpus Zachariæ Prophetæ in villa Cophar, in territorio Eleutheropoli Palestinae, inventum à Calimero praefecto agri, cui revelatum fuit. Obiit Innocent. anno Domini 427. vide Platinam in vita ipsius Innocent. & Panvin. in addit. ad eundem, optimè Alphonsus Chacon de vit. & gest. Pontific. fol. 112.

2 In eadem superscriptione, ibi, Ad Decentium. Vide Alphonsum Chacon, ubi proxime, fol. 114. qui agit de hac epistola, quam Innocent. scripsit ad Decentium Episcopum Eugubinum, cū consultus de causa jejuniij sabbathi edoceri exoptabat. Ait verò Pontifex sabbathi jejuniū ideo institutum, quia sabbatho Dominus in sepulchro positus, & discipuli jejunarunt. Hic decipiuntur aliqui existimantes Innoc. Papam jejuniū sabbathi instituisse, cum tamen id fuerit antiquitus institutum.

3 Ad textum. Vide posita in cap. Palam, nu. 1. & cap. Vesta nu. 2. supra eadem dist. & adde optimè, & latissime Hosium Cardinal. in confessione catholicæ fidei Christiana cap. 92. fol. mihi 191. qui latè agit de tradi-

tionibus Romanæ Ecclesie, & quanta fides, & reverentia illis sit debita, & vide eundem in confutatione Brentij (qui Brentius scripsit adversus Petrum Soto) lib. 4. fol. mihi 296. ubi ait, quod in iis rebus, de quibus nihil statuit divina scriptura, mos populi Dei, & instituta majorum, pro lege tenenda sunt, & sicut prævaricatores divinarum legum, ita contemptores ecclesiastice caruconsuetudinum coercendi sunt, de quo ibidem multa videri possunt. Adde Fizetum Gratianum in compendio juris Canonici, p. 1. nam. 230.

Post principium textus, ibi, Italiam, & ibi, Insulas. Ergo Insulae Italiæ, vel aliarum Provinciarum non veniunt sub appellatione provinciæ, cui adhærent; sed contrarium docet textus in l. Insula ff. de judic: & hoc dictum fuit in præsenti pro evidentiori expressione.

Ad finem, ibi, Novitates. Presumitur semper contra eum, qui vellet innovare, quia novitates plerumq; discordias pariunt. Quod notant doctores contra eos, qui tenent novas opiniones, & qui inducunt novas sectas, seu religiones, unde qui sunt deputati super bono regimine, non possunt aliquid innovare, nisi talis novitas, & utilitas cedat in bonum communem, tradit post alios Alciatus de presump. reg. 2. presump. 30. qui huius textus meminit, vide posita ad cap. Nolite nu. 2. supra hac eadem dist. & ad cap. Hac autem nu. 1. infra dist. 30.

In Glossa 2. Agit de hac dictione, 6 alium, de qua vide Glossam 3. ad fin. in cap. Sedes de rescriptis, & in Clement. 1. codem tit. verbo, alijs.

## DISTINCTIO. XII.

## CAP. Non decet. I.

## SYMMA RIV M.

- 1 *Calixtus Pontifex quis fuerit?*
- 2 *Ecclesia Romana ab omnibus sequenda.*
- 3 *In consuetudine recurrentum est ad vicinos.*
- 4 *Trident. innovavit texum.*

## IN superscriptione ibi, Calixtus.

Qui fuit Romanus Domicij filius de vico Castrorum Ravennatum, creatus anno Dñi 221. sed in pontificatu imperantibus Marco Au-

relio,

relio, Antonio Heliogabalo, & Marco Aurelio Severo Alejandro Augustis. Ieiunia quatuor temporum instituit vernalē, scilicet, æstivale, Autumnale, & Hyemale, quibus temporibus deinceps ratio sacrorum ordinum habita est; cum antea id quidem tantum Decembri mense fieri consuevisset. Templum ædificavit in honorem Beatæ Virginis, quod fuit templum Virgini primum publicè dicatum. Floruerunt hoc tempore Tertullianus, Origenes, & Iurisconsultus Vlpian. Paulus, Modestinus, Alfenus, Africanus, Callistratus, & alij, de quibus videbis Platinam, & Panvinum in vita Calixti, Chacon de vītis, & gestis Pontif. fol. mībi 51. latiūs Baroniūm tom. 2. annal. anno Domini 224. & 225. atq; anno 226. à nu. 1. agit de martyrio Calixti.

**2 In textu.** Notant *Paramus de origine inquisitionis lib. 3. q. 1. in principio nu. 63. Palacius de benef. in curia vacant. §. 3.* & inde ex illo deducentes Ecclesiam Romanam tanquam magistrām in omnibus esse sequendā, de quo vide posita ad cap. *Palam nu. 1. supra dist. 11. & infra nu. 3. cap. seq.*

**3 Ibi, caput sequantur.** Ergo quando localis nō est consuetudo, recurrentum est ad aliorum circum vicinorum locorum consuetudinem, ut per istum textum tradit Boeri. decis. 263. n. 9. quia dubijs occurrentibus vicinorum consuetudo est servanda; cap. Super. De censibus ubi D.D.

**4 In textu ibi, Nulli verò.** Innovavit Trid. sess. 7. de b.apt. Can. 3. & sess. 14. de sacramento extremae Vnctionis. cap. Vlt. ad fin. & sess. 22. cap. 8. latē Copiar. in cap. Alma 2. p. in initio nu. 1. vers. Vtrumq; 22

## C A P. Præceptis. II.

**S V M M A R I V M.**

- 1 Gregor. quartus quis fuerit?
- 2 Præceptis Apostolicis non est resistendū.
- 3 Causa Episcopi debet referri ad Sedem Apostolicam.
- 4 Non obedientes possunt excōmunicari.
- 5 Feudum de novo vacans, potest alienari.
- 6 Confirmatio non dat aliquid novi.
- 7 Episcopus solum à Papa condemnatur.

**I N superīcriptione, ibi, Gregor.**  
**Papa quartus.** Patria Romanus, patre Ioanne creatus, anno Domini 828. 17. Kalend. Febr. Ludovic. & Lothario eius filio Imperatoribus Augustis, nobilitate, insignis, Sanctitate clarus, doctrina, &

eloquentia præcipuus, diligentia, ac solicitudine tum in rebus divinis, tum humanis admiratio-ne dignus, Synodi præterea tempore Gregor. plures habitæ sunt, diversis locis. Maguntina anno 834. Gallicana 835. Aquisgranensis 837. Lugdunensis 838. Remensis 840. Meldensis in qua Canones 31. editi sunt. Anno eodem, Sy-nodus Aquisgranensis altera, & Maguntina fuerunt habitæ anno Domini 829. Obiit Greg. Romæ 8. Kalend. Februari. anno Domini 844. sepultus ad S. Petrum tempore Gregor. cor-pus Sancti Marci Evangelistæ Venetias Ale-xandria delatum, & magno honore exceptū, Iustiniano Duce. Creditum etiam eo tempore S. Bartholomæi corpus ex Lypati Ciciliæ proxima Insula, Beneventum translatum fuisse à Si-cardo Beneventorum Principe. Vide Platin. in ipso Gregor. & Chacon de vītis, & gestis Pontificium fol. 234.

**In textu.** Collige ex textu neminem debere præceptis Apostolicis superbe resistere, de quo vide *Palatium de beneficiis in Caria vacantibus*, §. 3. & inde *Felician de cen-sibus lib. 1. cap. 9. nu. 1. vers. Quidam*. Vnde optimè Ludovicus Imperator constituit decretum his verbis: Ita unanimes divinis, & Apostolicis institutio-nibus serviatis, ut in nullo patiamini pia Canonum de-creta violari, ut nulli fas sit, sine statu sui periculo, vel divinas constitutiones, vel Apostolica Sedis decreta temerare; refert Baron. tom. 9. annal. anno Christi 819. §. Ne tu igitur, fol. 671. atq; integrā epistolam, ex qua noīler textus fuit desumptus, vi-de per eundem Baron. d. tom. 9. anno Christi 839. num. 4.

**In vers.** Non novum, ibi, Ad 3  
**Sedem Apostolicam.** Notat *Lalins Iordanus de causis Epi-scoporum cap. 4. nu. 9.* ex illo deducens omnem causam Episcoporum, & religionum debere referri ad Sedem Apostolicam, tanquam ad Ec-clesiarum caput; & sic jura quæ loquuntur Episcopos fuisse dānatos ab inferioribus à Pa-pa, loquuntur aut de jure antiquo, aut de man-dato Pontificis, elegantè *Felin.* in cap. 1. nu. 4. de re judicata.

**In fine textus, ibi, Non obser-vaverit.** Ergo non obedientes præceptis Apo-stolicis excōmunicari poterunt, ar-gumento textus in cap. 2. *De maiorit.* & obedient. unde potest Episcopus compellere parentes p-censuras Ecclesiasticas, ut mittant filios suos ad parochiales Ecclesias, ut facile doceantur fidei rudimenta *Paul. Fusch.* de visitat. lib. 1. cap. 4. n. 17.

**In Glossa verbo, Non novum,** 5  
**ibi, alienari.** Docet Glossa feudum de no-vo vacans posse iterum alie-nari, quia res Ecclesie consueta dari in emphy-teusim

teusim potest, de novo in emphyteusim concedi, de quo vide Covar. post alios, 2. variar. cap. 17. nu. 4.

**6 In eadem Glossa, ibi, Non datur ius novum.** Et ita confirmatione superioris non acquiritur aliquid novi, de qua materia controvertit latè Imol. in cap. Inter dilectos, n. 24. de fide instrum.

**7 In Glossa Ultima, ibi, potest absolvī.** Igitur licet Episcopus solum à Papa condēnetur, ab alio tamen potest absolvī, quam Glossam dicit singularem Brusius in tractatu de dignitate Archiepiscopali privilegio 22. nu. 2. qui pro ea adducit l. Fin. C. ubi Senatores, & authoritatem Succini in cap. Qualiter q. 5. de accusat. sed contrarium est cōmuniter receptum, ex eodem Brusio, ubi supra, atq; etiam Glossam improbant Abb. nu. 5. & 6. & Felin. nu. 5. & seqq, in cap. Non potest de re jud. qui latè agit quis possit Episcopum condemnare, & absolvere!

### C A P. Scit sancta. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Nicolaus primus quis fuerit?
- 2 Doctores qui textus meminere.
- 3 Consuetudo cōtra Canones, etiam in laicis facta non valet. & nu. 4.

**1 N** In superscriptione, ibi, Nicolaus primus. Vide posita ad cap. Imperium, supra 10. dist.

**2 Ad textum.** Ulta posita ad cap. In his, supra dist. 11. & ad cap. Si consuetudinem, dist. 8. vide Cavalcanum de brachio Regio, p. 1. nu. 31.

**3 Ibi, Non obsistat.** Ergo consuetudo, seu statuta contra ius canonicū, etiam in laicis facta, non valent; quod intellige verum in his, in quibus ius canonicum ligat laicos, alias quælibet dispositio militabit in foro suo, juxta notata in cap. l. De novi oper. nuntiat. de quo vide Bart. in l. Privilegia nu. 2. C. de sacros. Eccles. & ibi additiones, quæ multa utilia controvertunt; optimè Suar. de legib. lib. 7. cap. 16. nu. 12.

**4 Quæres consuetudo laicorū, an obliget clericos?** Communis est opinio non obligare, quia clerici sunt veluti populi distincti, & inter eos est eminentior communitas; si vero consuetudo sit mixta clericorū, & laicorum, tunc obligabit clericos, quia ligantur in consuetudine

propria. Rochus de consuetad. in cap. Vlt. nu. 54. & 65. qui multas limitationes, & ampliationes congerit. Felin. in cap. Ecclesia Sancte Maria n. 100. & seqq. de constitut. & post Abb. & alios tradit Suar. de legib. lib. 7. cap. 16. nu. 9. Si tamen clericū utantur consuetudine laicorum, tenebuntur ad observationem consuetudinis; quemadmodum ad observationem legum laicorum, ut diximus ad cap. Si in adjutorium, na. 2. supra dist. 10.

### C A P. Illud. IV.

#### S V M M A R I V M.

- 1 D. Hieronymus quis fuerit?
- 2 Consuetudo debet observari.
- 3 Iudex delegatus secundum, quam consuetudinem debet judicare.

**I**N superscriptione, ibi, Hieronymus. Qui fuit filius Eusebij, stridone in Dalmatia Constatio Imperatore natus, anno Christi 329. Romæ puer est baptizatus, & in liberalibus disciplinis à Donato, & alijs viris doctissimis eruditus: postea Greg. Nazianzeno magistro Constantinopoli operam dedit: quo doctore se sacras litteras didicisse profitetur. Tum religionis causa visit Christi Domini incunabula, totamq; Iustravit Palæstinam; presbyter à Paulino Episcopo Antiochiae factus, Romam petijt. Verum cum pristinæ solitudinis desiderio teneretur, in Palæstinam reversus Bethlem ad Christi Domini præsepe cœlestem vitam instituit. Vetus testamentum Damasi Pontificis iussu ex Hæbreo convertit. Tandem ad summam senectutem perveniens, sanctitate, doctrina, & miraculis illustris, Honorio Imperatore migravit in cœlum, cuius corpus ad Bethlem sepultum est, postea Romam in Basilicam Sanctæ Mariæ ad præsepe translatum. Vitam eius Sebastianus monachus Divi Benedicti; Erasmus item, ac demum Marianus Victorinus, scripsere. Vide Covar. lib. 4. variar. cap. 16. nu. 5. ad fin. Baron. tom. 4. annal. varijs in locis, & tom. 5. anno Domini 398. nu. 6. & seqq. & anno 400. nu. 25. & seqq. & anno 420. nu. 39. & 41. ubi de eius morte, & laudibus.

**In textu.** Meminit huius textus Abb. in 2. cap. Pastoralis nu. 9. de officio ord. & collige ex illo, quod consuetudines debent observari, de quo vide posita ad cap. In His, supra dist. 11. & ut iudex arbiter (in quem compromissum est, ut juxta jura pronuntiet) teneatur judicare secundum statuta, & consuetudines;

nes; vide optimè *Sylvestrum*, verbo, *Consuetudo*, §. Vigesimo primo nu. 24.

- 3 In *Glossa Vlt. post principium, vers. Ex his duobus.* Disputat *Glossa*, secundum quam consuetudinem judicare debeat *judex delegatus*, an secundum consuetudinem loci, an secundum consuetudinem delegantis? De quo vide *Sylvestr. verbo, Consuetudo, vers. Decimo nono, nu. 23. ad med.* qui huius *Glossæ meminit*; quādo autem processus esset factus in uno loco, & delictum in alio, secundum quam consuetudinem debeat judicare, queri potest? Et dicendum est, quod in procedendo attenditur locus judicij, & in condemnando locus delicti. Maximè si locus judicij est sub eodem Principe. Vide *Claram cum ibi per eum adductis, §. Fin. q. 85. vers. Tertius est casus. Optimè Cavalcanus de brachio Régio p. 4. nu. 59.*

### C A P. Ridiculum. V.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Traditiones antique nō sunt infringēda.*
- 2 *Iuvenes à senioribus debent edoceri.*
- 3 *Vasa sacra, an debeant esse aurea, aut argentea? & nu. 4.*

- 1 **I**N *textu.* Inquit *textus traditiones antiquitus institutas non esse infringēdas*, de quo vide posita in cap. *Consuetudo dist. 9. & in cap. Palam, & duobus sequentibus, supra dist. 11. & in cap. Consequens, eadem dist.* Adde *Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 82. nu. 6. & 7. latissimè Tiraq. de primog. in prefat. num. 190. & seqq. qui textum citat.*

- 2 **Ibi, A Patribus.** Adstipulatur illud *Eccles. cap. 8. nu. 11.* Non te pratereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quem ab ipsis dices intellectum, & in tempore necessitatis dubis responsum. Ponderat idem *Tiraq. ubi proxime, nu. 189.* Quam in audienda seniorum doctrina, reverentiam testabantur veteres Romani, cum senes, juvenum censores, & castigatores appellabant. Ad quod allusisse creditur, *Horat. de Arte poet. ubi inter plurima senectutis incommoda illud unum enumerat, quod senex sit censor, castigatorq; minorum.* Quapropter doctrinam in adolescentes à senibus derivatam, elegantè dixit *Iuvenalis Satyr. 13.*

*Credebant hoc grande nefas, & morte piandum.*

*Si juvenis vetulo non assurrexerat.*

- 3 **Sed ex hoc textu arguunt nonnulli vasa sacra non debere esse aurea, seu argentea, quia in**

spectantibus ad divinum cultum usus primitivæ Ecclesiæ maximè attendi debet, ut habet noster textus, cui similes in cap. *Contra 25. q. 1. cap. Videntes in fine 12. q. 1.* Constat tamen calices aureos, seu argenteos non esse olim in usu, sed solum ligneos, ex sententia Bonifacij martyris relati in cap. *Vasa 44. de consecrat. dist. 1.* Iuvat quod per calicem sepulchrum Christi designatur. D. Thom. 3. p. q. 83. art. 3. Durad. in rationali divinorum officiorum lib. 4. cap. 46. nu. 11. & tamen sepulchrum illud noscitur esse lapideum, Matheo cap. 27. nu. 60.

Tu resolve contrarium propter autoritatem dicti cap. *Vasa*, cum cap. sequente, quibus iuribus probatur sacra vasa ex alia materia praeterquam ex auro, seu argento, vel saltem ob inopiam ex stagno minime conflari, cuius quidem prohibitionis potissima est ratio, quia certæ materiæ, vel ob porositatem, ut lignum, seu lapis; vel ob fractionis periculum, ut vitrum; vel deniq; ob periculum æruginis, quæ ad vomitum prouocat, ut æs; predictis vasis minime convenient; ita D. Thom. ubi proxime, *Sylvestr. verbo, calix, nu. 1. Sot. in 4. dist. 13. q. 2. art. 2. ad sextum.* Nec obstant argumenta adducta. Respondetur enim ad primum, ligneos calices olim fuisse in usu, tunc ob paupertatem Ecclesiæ, tunc ne vasa ipsa ex auro, seu argento conflata, rapinis, & sacrilegijs tyrannoſū essent obnoxia; proinde cessante illa necessitate, predictus usus ob inconveniens supra notatum, & ob Ecclesiæ ornatum merito fuit sublatuſ. Solvit 2. argumentum dicendo, per calicem duo designari, alterum est sepulchrum, alterū est vas, in quo Christus in die Cœnæ Sacramentum confecit: fatemur igitur priori quidem respectu, magis congruere significationi calicis, quod sit lapideus; non ita tamen posteriori; sic sanè similitudo calicis ad sepulchrum non stat respectu materiæ, sed solum respectu sanctitatis; resolvit eleganter *Valdensis tit. 4. de sacramentalib. cap. 30. nu. 3.*

### C A P. Diurni mores. VI.

#### S V M M A R I V M.

- 1 *Diurni mores sunt observandi.*
- 2 *Mos debet retineri.*
- 3 *Doctrina inter morem, & mores.*

- 1 **I**N *textu.* Nota ex illo, diurnos mores esse observandos, de qua materia agunt *Rebus. ad leg. Gall. 3. tom. in prefat. tit. de consuetudine nu. 61. Gomes in I. Tauri nu 8. & vide quæ notant doctores in §. Ex non scripto insit. de jure naturali.*

**Ibi, Mores.** Mos namq<sup>ue</sup> retinendus est fidelissimæ vetustatis, ut præcepit Imperator in l. Testamenta omnia, c. de testam. quem textum dicit ibidem moralem, Cœneus, consonat illud Enij.

Moribus antiquis res stat Romana, virisq<sup>ue</sup>. Quem versum Tullius lib. 3. de Repub. tum brevitate, tum veritate dicit tanquam ex oraculo sibi quoddam effatum, ut etiam refert D. August. de civitate Dei lib. 2. cap. 21.

Adverte in super non nihil interesse inter mores, & morem, sed ita tamen, ut plerumq<sup>ue</sup> à doctis confundantur, juxta illud Plauti in Triummo.

Morem maiorum scias, nam nunc mores nihil faciunt. Ex quo loco intelligitur, quod morem illic Plautus appellat, quod paulo post, & mores dicit. Plane de more vide quæ latè scripsimus ad cap. Mos est 4. supra dist. 1. latè Tiraq. de primogen. in prefat. nn. 191.

### C A P. Consuetudo. VII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Contra consuetudinem facta revocatur.
- 2 Bartolus textus meminit.
- 3 Consuetudo quo tempore introducatur?

**I**N textu. Decernit textus, quidquid contra longam consuetudinem fit, revocari oportere, de quo vide posita ad cap. In his supra dist. 11. Adde textum in l. I. §. Nam et consuetudo, & quæ ibi notantur Cod. quæ sit longa consuetud. Vnde consuetudo prohibens aliquos actus, vel dans formam illis, potest eo animo introduci, ut actus aliter factus non valeat. Ita Felin. in cap. 1. de sponsal. nn. 2. & 3. latè Sanches de matrim. lib. 7. disp. 4. quos sequitur Suar. de legib. lib. 7. cap. 16. nn. 4. & seqq. De personis autem, quas obligat talis consuetudo, vide ibidem nn. 8.

**Ibi, Præses provinciæ.** Vtrum hæc consuetudo debeat præfidi probari? Vide Bartol. in l. Omnes populi nn. 67. ff. de justitia, & jure, & ibidem additio, littera H.

**In Glossa.** Disputat Glossa, quanto tempore consuetudo introducatur? De quo agunt Roch. in cap. Fin. sect. 3. n. 28. de consuetud. Mantua lib. 1. locorum, cap. 19. à principio. Arein. conf. 23. nn. 11. Sylvest. verbo, consuetudo, §. 4. nn. 6. post principium. Suar. de legib. lib. 7. cap. 8. nn. 7. Adde posita ad cap. Consuetudo nn. 5. supra dist. 1. & ad cap. Finista nn. 3. supra dist. 8.

### C A P. Nos consuetudinem.

#### VIII.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo semper observanda.
- 2 Incidens in heresim non potest amplius eligi.
- 3 In beneficiis an preferatur bonus alijs, qui fuit malus?
- 4 Persona ineligibilis potest consuetudine fieri eligibilis.

**A**D textum. Collige ex illo immo tam permanere consuetudinem, quæ contra fidem catholicam nihil usurpat, de quo vide nota in cap. Consuetudo, supra dist. 1. nn. 3. & in cap. Consuetudo nn. 2. supra dist. 8. & vide nonnulla per Menoch. de arbitrat. lib. 2. cent. 1. casu 82. per totum. Paulum Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 18. n. 31. Tiraq. de primogen. q. 40. nn. 158. & de nobilitate cap. 10. num. 1.

**Ibi, Exceptis ijs.** Igitur incidens secundum in schisma, seu adhærens hereticis, non potest amplius de iure eligi, seu promoveri in Episcopum, ut per hunc textum notant Abb. in cap. Quia diligentia 5. nn. 1. de elect. Jacobatus de concil. lib. 7. art. 4. vers. Sic ergo; poterit tamen cum eo solus Pontifex dispensare, ut tenent prædicti doctores.

**Ibi, prohibemus.** Notat Rochus de jure patronatus, verbo, onerosum. q. 3. nn. 6. & per illum tenet, quod si duo sint præsentati ad beneficium, quorum unus semper fuit bonus, alter autem fuit devius, sed postmodum est reductus ad frugem melioris vitæ, debet præferri ille, qui semper fuit bonus; sequitur Decius in cap. Atsi clerici §. De adulteriis ad fin. de judiciis nn. 25. De quo dubio vide scripta ad cap. Fidelior 54. infra dist. 50.

**In Glossa verbo, de primatibus,** ibi, **Ratione consuetudinis.** Docet Glossa personam ineligibilem posse consuetudine fieri eligibilem, abrogando legem, per quam fiebat ineligibilis; sequitur Suar. deleg. lib. 7. cap. 19. nn. 14. Notabis tamen non valere consuetudinem statuentem quod non recipiantur in canonicos nisi nobiles; tradit Tiraq. de nobilitate cap. 20. nn. 18. Decius in cap. Cum adeo. nn. 4. de rescriptis. ubi improbat aliqua statuta Alemanicæ, quod in Ecclesia non recipiantur nisi nobiles, pro quibus est textus in cap. Penult. de præbend. ubi Glossa verbo, **Consuetudinem.**

C A P.

## CAP. Quemadmodum. IX.

S V M M A R I V M.

1. *Consuetudine non debent illicita perpetrari.*
2. *Consuetudo pecunias spargendi est damnata.*

**I**N textu. Collige ex textu quod licet  
quæ sunt consuetudinis non  
negentur, tamen eius auctoritate illicita  
non debent perpetrari; quo argumento dis-  
cit Decian. tract. criminali cap. 1. nu. 31. absurdam  
esse consuetudinem, qua utuntur milites, & qui  
ab armis, à propulsione injuria, & atroci  
vindicta honorem hominum pendere putant,  
quod scilicet quis solus, & inermis liberè cor-  
pus suum ponat, & remittat in manibus inimi-  
ci armati, qui de se eam summat vindictam,  
quam maluerit, et si ipsum velit occidere; hæc  
enim consuetudo corruptella dicitur, & inimi-  
ca legibus naturalibus, ideo non servanda. Atq  
num. 32. ait ipse Decian. vidisse quendam mar-  
tum, qui uxorem interfecerat in adulterio, quæ  
chirographum ipsi marito suo proprio sangu-  
ne scriptum dederat, quo ipsa licentiam dabat  
marito eam impune occidendi, si aliâs in futu-  
rum in adulterio reperiret, neq tamen potuit  
exilium evitare, ex quo tale pactum, & licen-  
tia tanquam illicita non valebat.

2. **Ibi, Illicita.** Notat Tiraq. de nobilitate  
cap. 37. num 44. ad hoc,  
quod consuetudo pecunias spargendi est dam-  
nata, tanquam illicita; facit textus in l. 2. C. de  
consulibus, & non spar ab his pecun. lib. 12. quod fe-  
cisse Augustum, scribit Dion. in vita illius, idem de  
Heliogabalo tradit Herodianus lib. 5. ubi scribit  
illum è turribus missilia sparsisse aurea, & ar-  
gentea pocula, vestesq, & linteaminum ge-  
nus omne.

## CAP. Novit. X.

S V M M A R I V M.

1. *Constitutio in dicendis horis canonicas  
servabitur.*
2. *Episcopus in diœcesis nova festa potest  
inducere.*

**I**N textu, ibi, Sed mihi placet.  
Igitur si est consuetudo probabilis, vel certa  
constitutio in dicendis horis canonicas servabi-

tur, si antecedat annos ducentos, ut constat ex  
bulla Pij 5. præfixa Breviario Romano, & no-  
rat Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 23. Filiculus rom.  
2. træt. 23. cap. 7. nu. 220. An vero directe hoc,  
vel illud officium sit sub præcepto? Negat per  
nostrum textū Cardin. in Clement. 1. nu. 10. vers.  
Septimo quarto, de celebratione miss., & ibi, additio lit-  
tera C. sed affirmit Suar. ac Filiculus ubi proxime.  
Vide cap. De his 13. nu. 1. hac distinctione.

**Ibi, In qualibet Ecclesia.** Ex his 2

verbis  
iuncta superscriptione colligit Navarr. de horis  
canon. cap. 11:nu.27. posse Episcopos in suis diœ-  
cesis nova festa inducere, & consequenter  
nova etiam officia ordinare, non obstante quod  
Pius quintus in bulla breviarij, videatur ap-  
pellare prayam Episcoporum consuetudinem,  
quia non loquitur de Episcopis mutantibus  
formas suorum Episcopatum, sed de mutantibus  
formam Ecclesiarum Romanarum. Atq nu. 16. ait,  
posse Episcopos dispensare iusta de causa, ut  
subditi eorum secundum aliam formam, quam  
propriam sui Episcopatus horas pronuntient.  
Adde Glossam, & ibi posita in cap. 1. 91. dist.

## CAP. Illa autem. XI.

S V M M A R I V M.

1. *Forenſes quomodo teneantur servare ie-  
junia loci per quem transcant.*
2. *Prima opinio circa dubium.*
3. *Secunda opinio.*
4. *Opinio Authoris.*
5. *Peregrini ante nantur servare consue-  
tudinem sui domicilij?*
6. *Valet consuetudo non solvendi spolia  
Pontifici.*

**I**N textu. Docet ibi, Augustin. quomo-  
do peregrini, & forenses te-  
neantur servare leges, & jejunia loci, per-  
quem iter faciunt; de quo dubio consule  
Rochum de consuetudine sect. 5. nu. 6. Petrum Raven-  
de consuetudine sect. 2. nu. 14. & 15. sect. 3. nu. 51.  
Rebus. ad leg. Gall. 3. tom. in prefat. tit. de consue-  
tud. nu. 24. Anchæ. in cap. Vlt. nu. 6. in principio  
de consuet. & ad med. Gregor. Lopez. part. 1. tit. 1.  
1. 8. Glossa 2. & tit. 7. 1. 16 Glossa 6. Covar. lib. 4.  
de spons. q. 57. Sanches. de matrim. lib. 3. disp. 18. à  
nu. 3. & tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 12. à nu. 19. Suar.  
tom. 1. de religione lib. 2. de diebus festis cap. 14. Adde  
posita ad cap. Quæ contra nu. 2. & seqq. supra dist. 8.

Prima est opinio peregrinos teneti ad ob-  
servanda festa, & jejunia loci, Glossa in pre-  
sens

sentis, verbo, Societate Abb. in cap. Consilium nn. 6. de obserpat. jejuniorum. Felin. in cap. Quod clericis in principio. De soro competent. Navarr. in Man. cap. 13. nn. 5. vers. Insertur 2. & cap. 23. nn. 120. Henr. lib. 7. de indulg. cap. 13. num. 8. licet lib. 8. de missa cap. 25. n. 2. in fine moderetur sententiam,

**3** Secunda sententia ait non teneri forenses ad observanda festa, & jejunia loci, ita Glossa in praesenti, verbo, liberas, Sylvest. verbo, jejuniū, q. 2. Medin. in Cod. de jejunio, q. 10. quando necesse est jejunare, in initio. Ledesma 2. p. q. 17. art. 3. col. 1. vers. Tertio dico. Angles in florib. theologicis. p. 1. q. 4. de jejunio fol. 386. Vega lib. 2. summa casu 315. sequitur post alios Sanchez d. disp. 18. nn. 6. dicit probabilem Suar. 3. p. disp. 44. sect. 3. art. 4. §. Illud vero.

**4** Ego distinguendum arbitror, quando quis pervenit ad locum, ubi per aliquot dies debet morari, ita ut locus ille sit quasi terminus peregrinationis, & viae; licet quis in illo parvo tempore sit duraturus; tunc sentio cum prima opinione, teneri ad festum, vel jejuniū loci servandum. Quando autem praesentia in tali loco solum est in transitu, tanquam in hospitio viae, prandendo, vel pernoctando, & statim descendendo; tunc existimo veriorem opinionem secundam. Ita in effectu Glossa Vlt. in praesenti. D. Antoninus 2. p. tit. 6. cap. 2. §. 1. elegantē Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis. cap. 14. n. 8.

**5** An autem peregrini in aliquem locum per modum transitus, & hospitij confluentes, teneantur servare leges, & consuetudinem sui domicilij, si in eo loco in quo reperiuntur, non obligent? Vide Sanchez d. disp. 18. n. 17. & seqq. negative resolventem. Adde Suar. d. cap. 14. nn. 14. Quid sit dicendum de Lusitano transeunte per Castellam an possit edere Sabbatho intestina animalium, & de sacerdote Graeco cui in sua patria permisum est in fermentato celebrare, an transiens per Ecclesiam latinam possit hoc facere? Videndus est Sanchez d. disp. 18. n. 19. & 20. qui affirmativè resolvit. Suar. 3. p. disp. 44. art. 4. sect. 3. §. Illud vero. Vtrum liceat Sacerdoti latino transeungi per Graecos celebrare sine aZymo? Vide eundem Sanchez d. n. 20. qui item affirmat.

**6** In versl. Quod enim. Per hunc tex- tū tenet Navarr. de spolijs clericorum §. 14. n. 4. & seqq. valere cōsuetudinem non solvendi spolia sumo Pontifici, & ita observari in nostro Portugalliae regno, licet contrarium practicetur in Hispania.

### C A P. Omnia. XII.

S V M M A R I V M .

**I** Rescenda sunt, quæ authoritate non probantur.

**XI** Iudei an ligentur legibus Romanorum.

**I**N textu. Collige ex illo rescenda esse, quæ neq; authoritate, neq; moribus comprobatur, de quo ultra posita per totam dist. vide Turrecremat. in cap. 1. nn. 4. dist. 60. & in cap. Revertimini nn. 14. 16. q. 1.

**In fine textus.** Ponderat Tiraq. de primo 2 gen. q. 66. nn. 22. ex illo deducens iudeos non ligari canonibus, nec legibus Romanorum. Vnde in successionibus Iudeorum servandū esse legem Molaycam, consuluit Calderin. conf. 30. de testam. incipit. Ans. Iudeus. Negat obstat I. Iudei, Cod. de Iudeis, & similia iura, quia intelliguntur, quando est contentio inter Iudeum, & Christianum, quod an sit verum. vide per eundem Tiraq. d. q. 66. nn. 21. & seqq.

### C A P. De ijs. XIII.

S V M M A R I V M .

**I** Omnes Provinciae eundem in psallendo modum debent tenere.

**2** Civitas Metropolis qualis dicatur?

**3** Metropolitanus potest punire deviantes à consuetudine Metropolitanæ Ecclesie.

**4** Regimen monasteriorum, an spectet ad Episcopum? & nn. 5.

**I**N textu. Statuit Concilium Toletanū II. ut omnes Provinciae eundem in psallendo modum teneant, quem Metropolitanā sedes habet; unde insurgit questio, an quicumq; tenetur recitare horas canonicas, satisfaciat recitando eas ex quovis alio Breviario, quam sui Episcopatus, vel dicendo de sancto cum recitare debeat de feria? Affirmant D. Antoninus in summa 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 5. Maior in 4. dist. 12. q. 6. Sylvest. verbo, hora, in principio, & q. 12. Caiet. verbo, hora, §. 3. Negat Navarr. de horis canon. cap. 19. nn. 211. & seqq. quem latè videbis. Item Suar. tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 23. n. 12. Filicius tom. 2. tract. 23. de Relig. n. 226. qui aiunt esse peccatum ex suo genere mortale. At aliquando ex parvitate materiae esse veniale.

**Ibi, Metropolitanæ. Metropolis civitas** dicitur, quæ mater est aliarum I. i. C. de Metropoli, Berito lib. 11. fit & Metropolis mentio à Iaric consule in I. Observare, ff. de officio proconsulis: Hinc Aegesippus lib. 3. de excidio Hierosolomytano, de Antiochia inquit, Vrbs ea Syria sine reparatione prima, ideoq;

ideoq; Metropolis habetur, prosequitur latè Covarr.  
practicar. cap. 19. nu. 2. & 3. qui textus meminit.

**In vers. Quisquis autem.** Notat hunc

3 textum *Quaranta in summ. Bullarij, verbo, Archiepiscopi authoritas, nu. 23. vers. 22. & per illum tenet, quod Metropolitanus potest punire deviantes à consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ in divinis officijs, cum suam Metropolim teneatur sequi Ecclesiæ suffraganeæ. Glossa in cap. Penult. de celebrat. miss. cap. Fin. de sponsa duorum, & sic nota casum, in quo Archiepiscopus judicat inter subditos suffraganei: videlicet, quādo agitur de modo officiandi: & ratio potest esse, quia concernit totum statum provinciæ: in quo Archiepiscopus habet jurisdictionem, cap. Ex frequentibus de institutionibus.*

4 **In Glossa, verbo, Sni Episcopi.**

Dicit Glossa, quod regimen omnium monasteriorū spectat ad Episcopum. Nam olim omnes monachi erant subjecti Episcopo, intra cuius diœcesis morabantur, ex textu in cap. *Qui vere 16. q. 1. tradit post Innocent. & Abbatem, Emman. Roder. tom. 2. q. 63. art. 1.* Vnde Episcopus in diœcesi sua erat quasi generalis, & admittebat ad professionem in monasterijs, ut constat ex cap. *Viduitatis 27. q. 1. Rodrig. d. art. 1.* Hodie tamen omnia ferè monasteria proprijs privilegijs ab Episcoporū jurisdictione subtracta sunt; de quo multa congerit idem *Emman. Roder. d. q. 63. art. 3.*

5 Sunt tamen multi casus, in quibus monachi exempti subduntur ordinarijs, quos congerunt *Ioannes Andr. in cap. 1. De privileg. lib. 6. nu. 7.* ubi etiam *Geminianus, & de jure novissimo sacra Synodus Trid.* in multis regulares Episcopis subjecit, ut videre est *seß. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 6. de reformat. cap. 3. & sess. 7. de reform. cap. 7. & cap. 14. & sess. 24. de reformat. matrimonij cap. 1. vers. Quod si quis, & de reformat. cap. 2. vers. Synodi, & cap. 4. vers. Nullus, & sess. 25. de regularibus, cap. 4. 5. 11. 16. & alibi de quibus omnibus agit *Emman. Roder. tom. 2. de regularibus, d. q. 63. art. 11.**

CAP. Placuit. XIV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Concilium Bracharensi 1. quando celebratum?*
- 2 *Idem ordo debet servari in matutinis, & vespertinis officijs.*
- 3 *Appellatione Ecclesiaram, an venians monasteria?*

**I N superscriptione, ibi, Ex Cō-**  
**cilio Bracharensi 1.** Refertur 2.

tomo Conciliorum fol. mihi 215. cap. 19. fuisse celebratum anno 3. *Ariamiri Regis Hispania, seu Theodosii, Kalendis Maij circa tempus Honorij Papæ primi, cum Gallicæ Provinciæ Episcopis Lucrecio, Andræa, Martino, Cotto, Hildericco, Lucencio, Thimotco, Melioso, ex præcepto præfati Regis in Metropolitanâ eiusdem Provinciæ Bracharensi nimirum civitate: ita eam appellat Plinius de naturali hist. lib. 3. cap. 3. Hispania citerior, & lib. 4. cap. 20. dixi aliqua in historia mea Episcoporum Portucalensium, p. 1. cap. 4. dicam plura in Bracherensi, ad interim de hoc Concilio, Brittum p. 2. cap. 13. Monarch. & nota hoc Concilium habitum esse communiter primum ex Bracharensibus, sed revera esse secundum, ut iam scripsi dictap. 1. cap. 3. hist. Episcoporum Portucalens. & dicam in Bracherensi sub Episcopo Panchracio.*

**In textu.** Inquit textus eundem ordinem debere servari in Matutinis, & vespertinis officijs, de quo vide posita in cap. *Novit nu. 1. & 2. & in cap. De ijs nu. 1. hac eadem dist. Addc Cardinal. in Clement. 1. n. 10. vers. Dicit tamen de celebrat. miss. Abb. in cap. *Pastoralibus* nu. 9. de offic. ord.*

**Ibi, Neq; monasteriorum.** Ergo 3  
appellatio Ecclesiaram non veniunt monasteria, quod an sit verum? Vide *Glossam in cap. Grandis, de suppl. neglig. Pralatorum lib. 6. verbo, monasteriorum. & in Clem. 1. de elect. verbo, monasterijs, & quæ ibi notabimus.*

**D I S T I N C T I O . XIII.**

S V M M A R I V M.

- 1 *Gratianus defenditur à Glossa.*

**I N Glossa summæ post principium, ibi, de perplexitate.** Reprehendit

Glossa Gratianum existimantem posse dari perplexitatem inter duo mala, quam sequitur, & commendat *Abb. in cap. Litteras, num. 24. vers. Oppono tertio, de restituut. spoliat. cum non detur in jure perplexitas, nam si quis habeat necesse in alterum malum incidere, iam non est peccatum, & ita nec perplexitas; quia ubi necessitas est inevitabilis, ibi nullum peccatum; sed immēritò Glossa Gratianum arguit, primò quia Magister hoc non affirmat, secundò quia negari*

gari non potest inter sententiam Ecclesie, & conscientiam posse aliquando esse perplexitatem, ut fatetur idem Abb. d. nu. 24. in fine, sed haec non inducit peccatum in homine sciente, ut infra videbimus. Concordat Concil. Tolet. regulatum in cap. 1. & Gregor. Mag. in cap. 2. hac dict. Vener. Beda relatus in cap. Non solum 22. q. 4. Vtrum vero aliquis inter duo mala constitutus, talem possit habere perplexitatem, ut praeclarum peccandi necessitatem admittat? Negant D. Thom. Corduba, Medina, Vasquez, Azor, Salas, & Valentia, quos refert, ac sequitur Sanches in Decal. lib. 1. cap. 11. n. 12. 13. & 14. quibus adde Abulens. in Matth. cap. 2. & 3. Scot. lib. 4. dist. 21. q. 2. in fine. Germon. part. 2. in compendio Theol. ubi de natura, & qualitate conscientiae perplexae, quam aliquis prius deponat, ut tuto operetur.

## C A P. Duo mala. I.

## S V M M A R I V M.

- 1 Ex duobus malis minus est eligendum.
- 2 Talis electio non est contra conscientiam.
- 3 Quid procedit in malis poenae, & culpe.
- 4 Perjurium an sit maius peccatum homicidio?
- 5 Minus malum est juramentum noxiū frangere, quam implere.

**I**N textu. Collige ex textu ex duobus malis minus esse eligendum, de cuius intellectu, & materia videndi sunt Sanches de matrim. lib. 2. disp. 39. nu. 1. vers. Quarzo, & nu. 12. in respons. ad 4. tom. 1. & tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 10. à nu. 16. ubi nu. 22. nostri textus meminit, & optimè distinguit, qua ratione hoc sit intelligendum. Molina de contractibus, disp. 335. vers. Postrema huius. Sotus lib. 6. de just. q. 1. art. 5. col. 5. & 6. Abb. in cap. Sacris, nu. 7. de his, que vi, & in cap. Litteras, nu. 4. de restit. spoliat. ubi Imol. nu. 8. Gabr. in 3. dist. 15. q. 11. col. 16. vers. Sed hic attendes. Greg. Lopez part. 4. tit. 3. l. 2. Glossa 1. & in summ. tit. 12. part. 4. ubi Glossa 1. Menchac. controv. illustr. cap. 48. in principio. Covar. de sponsal. 2. p. cap. 7. §. 2. nu. 9.

2 Intellige non agere quem contra conscientiam si id eligat, quod tutius est ex duobus, quorum alterum necessario agere debet. Vbi cūque enim duo precepta contraria circa idem factum concurrent, illi obtemperandum est, quod arbitrio discreti viri potiorem obligandi vim habet, tunc vero alterius suspenditur obligatio. Adrianus quodlibeto 1. art. 2. ad 9. Greg. Lopez dict. Glossa 2. Covar. d. nn. 9. explicat Sepulveda in dia-

logo de ratione dicendi testimoniu, cap. 9. Sanch. d. disp. 41. vers. Secundò probatur, & tom. 1. Decal. lib. 1. cap. 10. à nu. 16. ubi optimè explicat, quæ præcepta in hac concurrentia inter se invicem præponderent. Metina 1. 2. q. 19. art. 6. q. 4. conclus. 4. Vasq. ibi disp. 66. cap. 1. in principio, & cap. 4. nu. 21. Azor tom. 1. lib. 2. cap. 18. q. 4. & idem sentit Aristot. dum lib. 2. Ethicor. cap. 3. scribit minus malum boni vicem habere, si maiori comparetur malo; sic perplexus an debeat potius mentiri judici roganti, quam prodere occultum reum, si eligat mendacium, quod minus videtur, excusari interdum potest, docet post alios Henrig. in summ. lib. 12. cap. 6. § 7. in principio.

Intellige insuper hoc procedere non tantum in malis poenæ, sed etiam in malis culpæ. Ita Sotus d. lib. 6. q. 1. art. 5. col. 5. vers. Quod universim. Henrig. d. lib. 12. cap. 6. §. 7. ubi addit. littera D. alios refert, quidquid videatur dubitare Sanch. lib. 2. de matrimon. disput. 39. num. 12. vers. Ad quartum.

## In vers. Etenim pejerare. Quod 4

perjurium sit maius peccatum, quam homicidium, est communis opinio ex D. Thom. quodlib. 1. q. 9. art. 18. Tabiena, verbo, perjurium, nu. 4. Conrad. quodlib. 15. §. 19. contrarium defendit Achius in tractatu juramenti à nu. 91. pro quo videtur Glossa in presenti, verbo, duplice.

## Ibi, Complemus. Notat Covar. in §

cap. Quamvis. p. 1. §. 6. nu. 6. ad hoc, quod minus malum est juramentum noxiū frangere, quam implere, inīd nulla appetit juramenti violatio, quandoquidem non sit huic juramento ulla obligandivis. Quod latè disputant Iuri consulti, & Doctores Theologi ad regulam in 6. Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum. Quam regulam doctissime explicat Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 32. nu. 1. & in Decal. lib. 3. cap. 9. n. 22. 23. 24. & seqq. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. cap. 3. post num. 4.

## C A P. Nerui. II.

## S V M M A R I V M.

- 1 Si due difficultates concurrant minor eligitur.
- 2 Similia similibus gaudent.
- 3 Praelatura plus maioribus afficitur, quam honoribus.
- 4 Actus matrimonialis, an possit aliquando esse culpabilis?
- 5 Multa permittuntur, quæ visio non carerit.

6. Peccans potest revelari iudicari.  
 7. Precipitans se ex muro, vel turri quando peccat?  
 8. Verbum, concedo, an inducat ius novum?

**I**N textu. Statuit multis exemplis Gregor. Pontif. quod si duae difficultates simul concurrat, minor debet eligi, de quo vide posita ad cap. I. n. 1.2. & 3. hac eadem dist.

**2.** Post principium textus, ibi, similem sibi. Ergo aequalitas, & similitudo est conciliatrix concordie, & amicitiae; facit illud Ecclesiast. cap. I 3. n. 19. Omne animal diligit simile sibi, & omnis homo simile sibi. Hinc proverbia celebrata sunt, quod aequalis aequali delectat; quod semper a simili simile amat; de quibus est videndum latissime Tiraq. l. 5. connub. Glossa I. part. 5. n. 20. & 21. Vnde D. Ambros. lib. I. officior. Videamus, ait, maximè pares paribus delectari. Iuvat cap. Transmissam, de elect. ibi. Consimilium sibi laicorum manus associant; pro ut notat Ioan. Andre. in cap. Fraternitatis, col. 4. n. 13. de frigid. & malef. pares paribus esse matrimonio collocandos: citatque illud Ovidianum.

Quam male inaequales veniunt ad aratra iuvenci.  
 Tam primitur magno coniuge nupta minor.

**In vers.** Alius pensare. Ponderat Abb. in cap.

Licet Heli, n. 2. de simonia, & ex textu deducit, quod prelatura plus aliquando mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet: unde infert p. I. quantumcumque bonum, & sanctum in se, possit deprimenti, & puniri ex subditorum excessibus, quos negligenter omittit incorrectos.

**4.** In vers. Est tamen, ibi, Pro explenda libidine. Collige quod actus matrimonialis potest aliquando culpabilis esse, nisi prolixi intentio, ac mutua inter conjuges fides adsit, sed tantum exercetur pro explenda libidine, de quo vide D. Th. in addit. ad 3. p. q. 49. art. 5. & 6. ubi explicat quod talis culpa sit venialis, & quando mortalis.

**5.** In fine textus, ibi, Quod dignoscitur, non præcipitur. Igitur multa plerique à legibus, & Canonibus permittuntur, quæ licet impunè fiant, non tamen carent vitio, & dedecore: quia non omne illicitum punitur, sed id tantum, quod statuit lex esse delictum, unde ait Iurisconsultus in l. Non omne, ff. de regul. jur. Non omne quod licet honestum est; prosequitur late Tiraq. l. 9. connubial. Glossa I. p. 9. n. 2. D. Thom. I. 2. q. 96. art. 2. ad 3. recurre ad cap. Omnis ante, 4. n. 2. 3. dist.

**6.** In Glossa, verbo, Transgressiones ad med. Docet Gloss. quod persona peccatis potest revelari, & denunciari judi-

ci, quam dicit singularem Barbat. in cap. 2. col. 2. de offic. ordinarij, Abb. n. 7. & Felin. n. 10. in cap. Ego enim de jure jur. idem Felin. in cap. Intimavit. n. 6. de testibus, & latè eam explicat Albertin. de secreto, n. 228. & seqq, faciunt quæ tradit D. Th. in 4. dist. 21. q. 13. art. 1.

### In Glossa, verbo, Præcipitat.

Dicit Glossa, quod si quis se precipitat ex muro, presumens evadere mortem, non peccat mortaliter, licet moriatur, nisi murus esset altus; quam Glossam dicit notabilem Greg. Lopez part. 2. tit. 18. l. 16. Glossa 3. unde infert custodem castelli tempore obsidionis, teneri succurre castello, & illud ingredi, quando non esset certa eius mors, vel captio, nam aliás potius esset temeritas, & peccatum, quod secundum non existimo verum, ut colliges ex his, quæ ex Victoria, Petro Nauarr. Lessio, docet Filiarius. tom. 2. tract. 29. cap. 4. n. 72.

**In Glossa, verbo, Concessit.** Ergo verbū concedo, non inducit ius novum, sed tantum importat illud, quod de jure cōmuni concedebatur: similis Glossa, verbo, concedimus in cap. Quia in causis de procurat. de quibus latè Albertin. in cap. Quoniam, in principio, de heret. lib. 6. notab. 2. n. 5. & 6. Quod limitabis ex eodem Albertin. nisi verbum, concedo, apponatur in aliqua dispositione simpliciter, & aliás non disposita, quia tunc ius dare videtur illi, cui est facta concessio, qui ante illud non habebat, & ad hoc Dec. conf. 262. incipit, in causa magnifici Herculis, Bart. in l. Vxori 32. §. Cum Seius, n. 3. ubi additio, ff. legat. 3.

## DISTINCTIO. XIV.

### CAP. Quod ait. I.

#### S V M M A R I V M.

1. Non est committendum delictum, ne aliqui graviora committant.
2. An liceat aliquem inducere ad minus malum, ut evitet maius?
3. Loth an peccaverit prostituendo filias?
4. An quis possit committere veniale, ne alius incidat in mortale?

**I**N textu. Collige ex illo non esse à nobis aliqua cōmittenda delicta, ne aliquis graviora cōmittat, ut notavit Gloss. 2. in principio, quam notabilem dicit Abb. in cap. Qui scandalizaverit, n. 1. in fine, de reg. jur. & in cap. Debitores, n. 3. ad fin. de jure jur. Satus lib. 6. de just. q. 1. art. 5. vers. item alteri. Molin. de contractibus, disp. 335. vers. ad secundum.

**I**Sed dubitatur, an liceat aliquem inducere ad minus malum, ut evitet maius? Multis omissionis, resolve. Quanvis nefas sit, fraudare minus malum ei, quem alia ratione arcere possumus à maiori: fas tamen est minus malum ad peius evitandum consulere, quando ab executione majoris mali aliter aliquem dimovere nequimus, modo id non vergat in detrimentum alterius tertij, de quo malefactor non cogitat, ita in effectu. *Sylvest.* verbo, *usura* 7. q. 1. *Navarr.* in *Man.* cap. 17. nu. 263. latè *Sotus d. art. 5. vers.* His tamen non obstantibus; tradit post alios *Molin. d. disp.* 335. vers. Hoc tamen. *Lesius de just.* lib. 2. cap. 13. nu. 3. dub. 19. *Sanch. de matr.* lib. 7. disp. II. à nu. 15. & tom. 1. *Decal.* lib. 1. cap. 10. nu. 25.

**3 - Ibi, Loth.** Redarguitur Loth ab Augustino, quasi peccator, dum Sodomitis exposuit filias, ut hospitū vitaret abusum; sequuntur *Abulens.* cap. 19. *Genes.* vers. Dicendum. *Sotus d. art. 5. vers.* Tertio, & *vers.* At vero, Videletur tamen incōsideratio, & perturbatio Loth, in re tam ancipiti, multum de peccati gravitate minuisse, nam ut hospites liberaret, non advertit se hac ratione injuriam facere filiabus suis. Ita *S. August.* lib. contra mendacium, cap. 9. *Lyranus,* *Thomas Anglicus,* *Abulensis,* *Lippomanus,* *Benedictus Pereira,* *Cornelius de Cornelij,* ad cap. 19. *Gen.* nu. 8. Posset Loth excusari, si diceremus prostitutionem illam fuisse hyperbolicam, non animo, ut res ita fieret, sed ad ostendendum, quām molestum illi esset, eam iniuriam hospitibus irrogari: eo sensu quo quis ad monstrandum, quām ægrè ferat aliquid effici, dicere consuevit, potius me interficias, quam hoc facias. Ita *Caietan.* in *Commentario ad cap. 29.* n. 8. *Gen.* ubi etiam adducit similem locutionem hyperbolicam Rubeni filij Iudæ *Genes.* cap. 42. nu. 37. & Davidis ad Ionatham 1. *Reg.* cap. 20. n. 8. quem approbat *Molin. d. disp.* 335. vers. Circa excusationē.

**4 In Glossa 2. post principium, ibi, Sed veniale potest cōmittere.**

Agit *Glossa*, an debeat quis cōmittere veniale, ne aliis incidat in mortale? Et negativè tenendum est, ut ex textu colligitur, cum homo debeat se ipsum, ex charitate plus diligere, quām alios; tradit *D. Thom.* 2. 2. q. 25. art. 4. & idem tenet in 4. dist. 38. q. 2. art. 4. vers. Ad secundam questionem, & vide *Glossam* 1. post principium, & quæ ibi notantur in cap. 3. Ne cleric vel Monach. & *Glossam* in cap. Nisi de authorit. & usu pallij.

## C A P. Sicut. II.

### S V M M A R I V M.

1. *Leo Pontifex quis fuerit?*
2. *Constitutiones in quas dispensatio nō cadit.*

3. *Canones Apostolici an possint mutari ad Ecclesias?*
4. *Nullus dispensat in his, quæ sunt de necessitate Sacramenti.*

**I**N superscriptione, ibi, *Leo.* Vide possita ad cap. *De capitulis*, 9. dist. & ad cap. *Hoc vestre* dist. 10.

**In textu.** Agit textus de constitutitionibus, quæ valeant temperari, & de illis in quas dispensatio non cadit, de quo ultra posita in cap. *Sunt quidam, & in cap. Constitutiona statuta* 25. q. 1. vide *Innocent.* in cap. *Quæ in Ecclesiistarum*, nu. 3. & 4. de constit. & in cap. 1. n. 3. *De bigamis*, & in cap. *Post translationem*, nu. 6. de renunt. *Anchar. conf.* 124. incipit. *Circa bigamos*, ubi dicit quod Papa dispensat etiā contra epistolulas Pauli, quia in hoc est supra Apostolorū authoritate, & potestate, quia in terra Dei vices fungitur, & ab eo est eius potestas. Adde *Henriq. de Boic.* in cap. *Proposuit de concess. præbend.* nu. 1. 2. & 3. & vide *Marta de jurisdict.* p. 2. cap. 37. nu. 14. qui textū citat, & per illum tenet, quod potest sup Evangelio dispensare; nam potest Evangelium declarare, ut etiam voluit *Parisius* vol. 4. conf. 68. col. 3. & vide eundem n. 82. & 125. & seqq. & 157.

Tu dic Canones Apostolicos mutari posse ab Ecclesia. Nam Apostoli statuere, quod præsbyter propter fornicationem deponeretur, ut in *Canon. Apost.* 24. hoc tomen postea per *Sylvest.* & *Concilium* fuit immutatum. Namq; ex his, in quibus Apostoli promulgabant ius divinū, nihil potest mutari: in his vero, quæ ipsi præcipiebāt, potest, quia est ius positivum, ut post *D. Thom.* tradit *Sarmiento in defens. de reddit.* p. 1. monit. 67. nu. 7. qui hunc textum appellat optimum.

**In Glossa 1.** Docet *Glossa*, nullū posse dispensare in his, quæ sunt de necessitate Sacramenti, de quo vide *D. Thom.* ad 3. partem q. 66. art. 5.

## D I S T I N C T I O . XV.

### C A P. Canones. I.

### S V M M A R I V M.

1. *Celebratio Conciliorum quando incepit?*
2. *Cōciliorū Nicænum cur dicatur primū?*
3. *Numerus Patrum, qui Concilio Nicæno interfuerunt.*
4. *Viri illustres, qui interfuerunt Concilio Nicæno:*

Ariani

- 5 Ariani Episcopi, qui in eo interfuerūt.  
 6 Quo tempore fuit celebratum?  
 7 Causa Nicæni Concilij.  
 8 Arius scripsit librum, Crapula, vocatum.  
 9 Meletius Episcopus schismaticus.  
 10 Asiani Episcopi Iudaico ritu Pascha  
celebrabant.  
 11 Concilij Nicæni Canones ubinam ser-  
vati? & nn. 12. 13. 14.  
 15 Numerus Canonum Nicænae Synodi. &  
nu. 16.  
 17 De secunda Synodo Constantinopolitana.  
 18 Numerus personarum, quæ Constanti-  
nopolitano Concilio interfuerunt.  
 19 Quo tempore celebratum?  
 20 Causa Concilij Constantinopolitani.  
 21 De tertia Synodo Ephesina.  
 22 De Episcoporum numero, qui huic Sy-  
nodo interfuerunt.  
 23 Synodus Ephesina quando celebrata?  
 24 Causa Synodi Ephesinae.  
 25 Nestorius damnatus.  
 26 Nestorius quanam post damnationem  
machinatus fuerit?  
 27 De quarta Synodo Chalcedonensi.  
 28 Numerus Episcoporum in Concilio Chal-  
cedonensi.  
 29 Quo tempore celebratum?  
 30 Causa Synodi Chalcedonensis.  
 31 Dioscorus, & Euthyches damnati. &  
num. 32.  
 33 Concilia quatuor, quæ in Ecclesia maxi-  
mum nomen obtinent.  
 34 Synodus, quid sit?  
 35 Apostoli instituerunt Symbolum.  
 36 Symbolum, quid significet?

**C**ollige ex textu, quod celebratio Conciliorum incepit tempore Sylvestri Pa-  
pæ, & Constantini Imperatoris. Nam ante, persecutio sacerdotum infidelium  
contra christianos, docendarum plebium non  
dabatur facultas, & quia non erat Episcopis li-  
centia concessa conveniendi in unum. Nec  
obstant nonnulla iura a sacerdotia fuisse ante  
celebrata Concilia, ut tempore Melchiadis Pa-  
pæ in cap. Placuit 13. q. 2. Respondetur namq; ta-  
lia Concilia non esse ita generalia, sicut posse  
facta fuerunt, sed tantum cum paucis: ut tra-  
duant Cosmas in pragmat. de autoritate generalis Cō-  
cilij. Frequens, verbo, celebratio, fol. mihi 20.  
qui textum refert, & eius etiam meminit Salas

de legib. disput. 8. sect. 14. in principio. Franciscus  
Gratianus in Compendio juris Canonici, p. 1. dist. 3.  
nu. 40. & infra videbis. Adde Iacobatum de Con-  
cilio, lib. 1. fol. 8. vers. Sed quare.

### De Concilio Nicæno.

In vers. Harum 1. Nicæna Sy-  
nodus. Nicænum Concilium sic dictum,  
quia celebratū, in civitate Nicæa,  
quæ victoriosa interpretatur, & est de provin-  
cia Bithynia, ex Ptholom. lib. 5. cap. 1. Plin. lib. 5.  
cap. 32. primum quidem æcumenicum, hoc est  
generale, non autem primum numero, sive or-  
dine fuit; nam antea Concilia ab Apostolis, ut  
Auctorum cap. 15. in principio, ubi eleganter Lori-  
nus, ac deinceps celebrata fuerant Romæ, in  
Græcia, & in Africa; quibus intererant catho-  
lici Episcopi, & reliqui Sacerdotes; de quibus  
agit Tertullianus contra Psychicos, cap. 3. sed prima-  
rium dici potuit, quoniam de re omnium sum-  
ma, & quidem ordinatissimè, ac legitimè san-  
ctum est. Ego de hoc Concilio paulò uberior  
locuturus sum, cum ex eo, & forma legitimo-  
rum Conciliorum, & ordo in catholica Eccle-  
sia conservandus mitificè eluxisset.

### De numero Patrum, qui Con- cilio interfuerunt.

Ibi, Trecentorū decem, & octo 3  
Patrum. Idem numerus constat ex epistola  
Sylvestri Papæ ad Nicænam Syno-  
dum, idem scripsere Socrates lib. 1. cap. 9. Rufin.  
lib. 10. historiæ ecclesiastica, cap. 2. Platina in vita ip-  
sius Sylvestri, sed & Sozomenus lib. 1. cap. 16. testa-  
tur trecentum, & viginti Episcopos convenisse  
in ea Synodo. Socrates lib. 1. cap. 7. Episcoporum  
numerum excessisse trecentum scribit ex Euse-  
bio lib. 3. de vita Constantini. Rursus Nicephorus lib.  
8. cap. 14. asseverat congregatos fuisse circiter  
trecentum decem, & octo Episcopos. At Posse-  
vin. noviter in Apparatu sacro, 2. tom. verbo, Nicæ-  
num Concilium, fol. 468. cum Gratiano ait, quod  
trecenti, & duo de viginti viri scientiæ, & viri  
sanctitate admirabili Episcopi convenerunt,  
præter plures gentium Philosophos, qui per-  
moti fama celeberrimi conventus, accurrerunt,  
pertracti ab Ario, ut suis captionibus veritatem  
Orthodoxæ fidei insuscirent. Quod etiam post  
Athanasium, tradit Baron. 3. tom. annal. anno Christi  
325. nn. 18. Bellarmin. tom. 1. controvers. 4. lib. 1. de  
Concilijs, cap. 5. vers. De numero, quidquid invo-  
luat Covar. lib. 4. variar. cap. 15. nn. 1. post prin-  
cipium.

*Viri Illustres, qui interfuerunt  
Nicæno Concilio.*

4 Inter quos primum locum obtinebat Hosius Episcopus Cordubensis, Vitus, & Vicius, qui à Beato Sylvestro missi, ut Apostolicæ Sedis legati, Synodo præsident, & Alexander Alexandrinus. Sequebatur Eustochius Antiochenus, qui doctina, & sanctitate conspicuus clarissima (ut ait D. Hieronym.) tuba in adversarios bellum cecinit; & Macharius Hierosolymitanus Episcopus, quem Arius ut suæ hæresi acerrimè adversantem, apud Eusebium Nicomediensem, in crimen adduxerat. Ex reliquis item excellere in primis Potamon Heracliensis altero orbatus oculo ob testimonium Iesu Christi; Paphnutius Thebaidis superioris Episcopus, Apostolicis clarus miraculis, cui eadem de causa alter effossus oculus, & sinistrum genu fuerat succisum: Speridio Amathuntis in Cypro Episcopus, mirabilium patrator operum, & sacrarum propugnator scripturarum; Paulus Neocæsarensis Episcopus, ob fiduci confessionem celebris, manu candenti ferro semiusta. Iacobus Nisibenus vir plane Apostolicus, & mortuorum suscitor; Leontius Cæsareæ Cappadociæ antistes, propheticō spiritu commemorabilis, qui dum iter haberet ad Synodum, Gregorij Nazianzeni patrem, & baptismo lustravit, & futurū denunciavit Episcopū, amplius confessor eximus: Hypatius Grangrensis meritis, martyrio clarus, Nicolaus Myre Episcopus, cuius sanctitas in illustri excelsoq; loco semper fuit, alijq; cōplures. De quibus vide latissimè Baron. 3. tom. annal. anno Christi 325. à nu. 19. usq; ad 39.

*Quales Episcopi Ariani Synodo interfuerunt.*

5 Qui licet idem sentirent cum Ario, tamen à parte catholicorum se stare simulabant, temporis inservientes: alij sub vexillo impietatis, sicut turpiter, ita, & apertè profitebātur. Erant horum omnium duces Eusebius Nicomediensis Episcopus, alterq; Eusebius Präf. Cæsareæ Palæstinæ, Paulinus Episcopus Tyri, Menophantes Ephesi, Theognius Nicænus antistes, Pantophilus Scythopolitanus, Narcissus Nerodadi Episcopus, Theonas Marmaricæ, Theodorus Laodiceæ, Athanasius Anazarbi, Gregorius Berythi, Aetius Lydæ, Mares Chalcedonensis, Secundus Prolomaidis, Paulus Larandis, & si qui alij ijsdem inharentes: quorum Eusebius Nicomediensis, Mares Chalcedonensis, Theognius Nicænus inter illos discipulos Luciani connumerati habentur, qui tempore persecutionis, Tyranni crudelitate cedentes, à fide,

ad superstitionem gentilium deflexerant, sed p magistrum Lucianum postea revocati sunt; recensentur, & alij, qui pariter deinde Ario adhæserunt, ut Antoninus, qui post hæc Episcopus Tarsi factus est ab Ariensis, Leontus Präfectus; deinde ab ijsdem Ecclesiæ Antiochenæ, Numerius Exdoxius, Alexander, & Asterius Capadox, vide Baron. ubi supra, nu. 40. & seqq.

*Quo tempore fuit celebratum.*

Ibi, Constantino Augusto imperante. Hanc sacrosanctam Synodum cōgregatam fuisse sub Constantino Magno conveniunt omnes. Quo verò anno fuerit celebrata, adeo controversum est, ut nihil certum hac de re definiri posse, affirmet Covar. lib. 4. var. cap. 15. n. 1. vers. Mediante, qui latissimè hoc agit. Tu dic quod Concilium cōptum est ad conditam diem tredecim. Kalend. Iunij, Paulino, Juliano Conſ. anno Christi 325. sicut extat in Concilio Chalcedon. act. 2. solutum verò ad 8. Kal. Septembris. Quo tempore Constantinus Magnus Imperij sui vicennalia cum Episcopis celebravit, ut tradit Eusebius de vita Constantini cap. 14. Possevin. in Apparatus sacro, 2. tom. littera N. fol. 469. Baron. tom. 3. annal. anno Christi 325. n. 1. & seqq. Adde Bellarm. tom. 1. controv. 4. lib. 1. de Concilijs. cap. 5. vers. Sed quia, & seqq. Vnde corrindi sunt Sozomenus, Photius, Eusebius, Cassiodorus, Covar. & Iosephus Scaliger, ut per eosdem Possevin. & Baron. patet.

*Causa Nicæni Concilij.*

In textu, ibi, Ariane perfidiae. Causa tanti Concilij habendi non una fuit. Primum blasphemia Arii hæresis; Meletij deinde Ægyptij Episcopi schisma; Asianorum deniq; cōplurium Episcoporum, de Patchate celebrando dissensio. Et Arius fœda animi elatione, deformi aspectu, sacrilega lingua non contentus oppugnasse Alexandrū, qui post Petri, & Achillæ obitum Alexandrinam Ecclesiam sanctissimè regebat, de Dei Filio indigna jactabat in vulgus. Erat aliquando, aliquando non erat ex non extantibus factus, non de Patris substâlia, genitus ex tempore, non ab æterno: hanc quaque Deus verus de Deo verò, sed ex nihilo creatus, minor Patre volûtate, naturaq; mutabilis. De Ario vide etiā quæ scripsimus in e. Sexta, 16. dist.

Sed et Arius scripserat librum, quem Thaleiam, hoc est convivium, & crapulam pernotaverat, quo per jocum, & lasciviam, sive per meretricias choreas, & saltationes multorum sibi animos devincere studuit, ut sanctus Athanasius habet orat. 2. contra Arianos. *Quibus artibus*

artibus septuaginta Virgines Deo sacras, ut inquit Epiphanius hæresi, septem presbyteros, & duodecim diaconos pestilenter infecit Eusebiumq; Nicomedensem, & alios pastores, convertit in lupos.

9 Atq; Meletius altera fax non paucis criminibus convictus, eo potissimum quod idolis sacrificasset, ab Episcopatu deturbatus à Petro Alexandrino Episcopo in frequenti Synodo Episcoporū Petrumq; ipsum propterea, eiusq; successores Achillam, et Alexandrum fœdissimis criminationibus lacerans, totaq; fere Agypto bacchatus, & multis per civitates diaconis, presbyteris, Episcopis creatis, perniciose schismate scindebat Ecclesiam.

10 Vigebat item gravis, atq; inveterata dissensio ex Arianis plerisq; Episcopis, qui nec Dominico die, quo Christus Dominus ab inferis resurrexit, sed ipsa quarta decima primi mensis luna, in quemcumq; incidisset diem, Iudaico ritu Pascha celebrabant; nec primum mensem cum numerabat, cuius quarta decima luna in ipsum æquinoctij verni diem, proxime ve sequentem recurreret, sed qui per judaicos embolismos se se primum obijceret; quem ritum ab Apostolica traditione penitus abhorret S. Victor Romanus Pontifex, & martyr Romæ, Theophilus Cæsariensis in Palæstina, Palma in Ponto, Irenæus in Gallia, Bacchilus Corinthi, & Ecclesiæ ad Osroenam decretis varijs damnaverunt. Ita Possevinus ubi supra. Corvar. d. nu. 1. in fin. Baron. d. anno 325. nu. 50. & seqq. & nu. 80. & 97. & seqq. ubi separatis, & ex professo de omnibus his erroribus, & eorum emendatione disputat. Adde Bellarm. tom. 1. controv. 4. lib. 1. de Concilijs cap. 5 vers. tam verò.

### Conciliij Nicœni Canones ubi nam servati?

11 Sanè verò Nicœni Conciliij nusquam extitero exemplaria planiora, & emendatoria, quam in scribiis Romanorū antiquorum Pontificum. Nam quæ in Græcia erant, concremata fuerunt ab Arianis, teste Athanasio in epistola ad omnes Orthodoxos, & ideo non mirum si quæ citatur à Græcis, & à Russino mutila, & corrupta sint. Quin, & Bellarmin. Cardin. inter alios probat Nicœni Conciliij Canones haud fuisse integros, quos Russinus ipse affert lib. 10. hist. Ecclesiast. cap. 6. & qui missi sunt ex Oriente ad Africanos. Vide Bellarm. tom. 1. controv. 3. lib. 2. de Romano Pontifice, cap. 25. Extabat etiam idem Nicœnum Concilium litteris purpureis, & aureis conscriptum, insigni (quæ iam perijt) bibliotheca Archiepiscopatus Ravennatis, quod se vidisse ante centum, & septuaginta annos testatus est Ambrosius Camaldulensem generalis.

Sed et Gelasius Cyficenus cum acta Nicœni Synodi ex antiquissimo libro in membranis plane integris descriptis, qui quidem liber fuit Dalmatij Cyficenorum Archiepiscopi, redegit ex illo multa in syntagma, sive commentarium, quod græce ac latine Parisijs à Federico Morello editum fuit Roberto Balfour Scoto viro catholico interprete, qui et notas ad eundem Gelasium adiecit, uti ad Theodorum Raithy de Incarnatione Christi, qui libellus est eidem Gelasio adjunctus. At cum Gelasius hic plus æquo tribuat Eusebii Cæsariensi, qui patres Arianorū sectabatur, non tanti faciebus est.

Et verò Gulielmus Lindanus librum emisit inscriptum Tabula naufragij Nicœni, ubi aurea sanctorum Canonum, & actorum Nicœnorum ex varijs veterum Patrum scriptis, fragmenta representantur: & Synopsis de veris Concilioru[m] generalium actis, ipsorumq; genuinis, & germanis Canonibus.

Successit accuratus labor Baron. Card. in 3. tom. suorum Annalium, in quo plura expendit, quæ digna sunt illius ingenio, atq; pietate, cum quo prosequere d. anno 325. à nu. 62. Porro ad huius a muslim examinanda est, si quæ prodijt editio ab hereticis de actis Nicœni Synodi, qualis fuit Græca, & Latina, quam Hieronymus Comelinus emisit anno 1597. unâ cum Athanasio Alexandrino. Vide Possevinum, ubi supra, fol. 471. tom. 2.

### Canonū Nicœna Synodi numerus.

Octoginta igitur Canones ab ea fuisse promulgatos, qui ad numerum septuaginta fuerint redacti scribit B. Athanasius Epist. ad Marc. 1. Quod non negat B. Marcus Romanus Pontifex ad Athanas. ad quem ille de ijs recuperatis, scriperat. Plures verò fuisse omnino, quam viginti illos, quos commemorat sextum Concilium Carthaginense, non solum, qui aliquot ante secula nos antecessere, Isidorus, & alij, verum etiam antiquissimi alij sunt testes, quos quoniā accurate enumerat, & probat Alphonsus Pisanus Societas Iesus Theologus, qui plura de Nicœna Synodo scripsit, & verò passim liber ille extat, ad eum refero lectorem. Est autem in Vaticano manuscriptus Græcus codex, nomine Syntagmatis, sive Commentarij, de rebus quæ contigerunt in Synodo Nicœna, quo in libro mentio fit constitutionum, & Canonum. Et verò certo haud scio quæ fuerint, cum, qui illas forsitan cum Canonibus cōnumerarunt, fieri possit, ut octoginta quatuor Canones fuisse Nicœnos crediderint; uti putavit Onuphrius in Chronol. Ecclesiastie. In codem tamen Græco Codice Diatyposestatum ascripte reperiuntur, licet author pauca de multis dicat se descriptisse.

**16** *Præterea viginti duo Canonēs, quos Synodus Carthaginensis actis suis inservit, sed & Arabicum octoginta Canonum Concilij Nicœni exemplar extabat in Bibliotheca Marcelli secundi Romani Pontificis, cuius simile ex Alexandria Ægypti, Romam attulit Ioannes Baptista Romanus Societatis IESU, cum iussu Pij quarti Pontificis Maximi, ad Alexandrinū Patriarcham navigasset, ut cum ad Synodum Tridentinam invitaret: quam quidem Synodum postea, eo ipso Ioanne Baptista procurante, & Gregorio XIII. mandante, Episcopi motis Libani admiserunt. Erant autem in ipso Arabico exemplari vulgati viginti Canones, ordine alio dispositi, priore tamen excepto. Quod quoniam multa habet, quæ ad ecclesiasticam Hierarchiam, & singulorum in ea gradu potestatem attinent, quedam item ex ijs, quæ Iulius primus Epistola 2. tanquam Nicœna citaverat, nonnulla item, quæ vel in Synodo Antiochena, vel in Concilio Sardicensi reperta sunt; propterea Diatyposes ipsas è Græco, quæ passim non extant, quandoquidem ad reliqua faciliorem aditum sternunt, intexit Antonius Possevinus sectioni quinta eiusdem refutacionis, cap. 2. & 3. Sed & tertiaz sectioni cap. 9. unâ cum Apostolico Symbolo, fidei quæ Nicœne professione, ipso Athanasij symbolo, expositionem symboli Nicœni adjecit, Ioanne Theophilo interprete, in sectione autem quarta, quicquid de Paschæ temporis emendatione ab eadem Synodo fuit decretum. Ad quæ lectorem, si ei lubeat, amandamus. Vide eundem Possevinum in Apparatu sacro, d. tom. 2. littera N. fol. 472.*

### *De secunda Synodo Constantinopolitana.*

**17** *In eodem textu, in vers. Secunda Synodus. Constantinopolitana Synodus hæc fuit secunda è quatuor primis generalibus, prima verò quæ habita fuit Constantinopoli; in qua Synodo quædam præcipue acciderunt, quæ digna sunt scitu. Meletius enim Antiochenus Episcopus, Theodosio per quietem ostensus, ipsi impone-re diademata, ut, per quos regias conferri dignitates divina providentia velet, intelligere posset. Nam, & ab eodem Theodosio cognitus est, Meletius, nullo indicante, vultu ipsius considerato, quem cernere sibi visus fuerat. In ea item Synodo hæreses omnes reprobatae sunt, ac præsertim Macedonij Constantinopolitani Episcopi, de quo infra dicemus, perperam sentientis de Spiritu Sancto, quem in rerum aliarum ordinem redigebat. Acta decretaq; omnia à Damaso Pontif. probata, novumq; fidei sym-*

bolum in quo de Spiritu Sancto, ex Patre filioq; eum procedere, affirmatum est. Ita Synodus Forojuvensis ait ante annos octingentos habita. Id verò symbolum Nicœnum, ut substitueretur sacris celebrandis actor fuit Damasus, qui anno sequente diem obiit. Vide Theodoretum lib. 5. hist. cap. 9. & 10. Bellarm. Cardin. tom. 1. controv. 4. lib. 1. de concilijs cap. 5. vers. Secunda, & in eodem tom. controv. 2. lib. 2. de Christo, cap. 21. Possevin. in apparatu sacro tom. 1. littera C. fol. 350. Iacobium de Concilio lib. 1. fo. 11. vers. Secundum.

### *Qui personarum numerus Concilio Constantinopolitano interfuit.*

**18** *In textu, ibi, Centum, & quin-*

*quaginta Patrum. Qui omnes conve-nienter venerunt è provincijs Orientis, è quibus Patriarchæ fuerunt Nestarius Constantinopolitanus, Timotheus Alexandrius, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolymitanus. Nemo Occidentalium Episcoporum interfuit, quoniam Damasus Papa, Romæ coegerat Synodum Occidentalium; atq; ad eum locum invitaverat Episcopos, qui Constantinopoli convenerant, ut eo modo Romæ celebraretur Concilium plenissimum. Sed quoniam Orientales iuslī de causis Romam venire non potuerunt, Damasus excusationem admisit, atq; animis, ac sententijs duæ illæ Synodi coniunctæ sunt, non minus quam si una, & eadem fuissent. Vide Possevinum in Apparatu sacro, tom. 1. littera C. fol. 350. Bellarm. tom. 1. controv. 4.. lib. 1. de concilijs, cap. 5. vers. Est advertendum.*

### *Quo tempore Concilium Constantinopolitum fuit celebratum.*

**19** *In eodem vers. ibi, Sub Theodosio Seniore.*

Celebratur Synodus à Theodosio anno 2. ciudem imperij, & à Nativitate 383. ut ex Prospero Aquinatico, & alijs tradit Covar. lib. 4. variar. cap. 15. nu. 2. licet nonnulli asserant hanc Synodum celebratam fuisse anno Domini 381. ut per eundem Covar. quem latè vide; sed tenendum est fuisse celebratam dicto anno 383. mense Iunij Damasi Pontificis anno 17. Imperatorum Valentiani 8. & Theodosij 5. Quo anno Praefectum Prætorio summum magistratum Posthumianus agebat; vt constat ex Codice Theodosiano, l. 10. De bonis prescriptis, & 11. de hereticis, tradit

tradit latius *Card. Baron. tom. 4. anno Christi 383. nu. 24. & seqq. Adde Bellarm. tom. I. controv. 4. lib. I. de concilijs, cap. 5. vers. Porro.*

### *Causa Concilij Constantiopolitani.*

**20. In codem vers. Ibi, Macedonium.** Fuit hic Macedonius Constantinopolitanus Episcopus, tempore Constantij Imperatoris, & Liberij Papæ: fidem catholicam, & orthodoxos everttere conatus, hæresi nefandissima Spiritum Sanctum impetravit, asseverans Spiritum Sanctum esse minorem Patrem, & Filio, & non esse eiusdem substantiam cum Patre, sed esse veram creaturam. Ab hoc Macedoniana hæresis appellata est, cuius impium dogma fuit in hac Synodo improbatum, recepta catholica assertione, secundum quam credimus in Spiritum Sanctum Dominum, ac Deum, Patri, & Filio consubstantialem, coæqualem, coæternum, coomnipotentem, vide *Covar. d. nu. 2. vers. In qua. Baron. d. anno. 383. nu. 25. & seqq. cum quo prosequere.*

### *De tertia Synodo Ephesina.*

**21. In codem textu, in vers. Tertia Synodus.** Hæc est tertia generalis Synodus, quæ apud Ephesum Aliæ minoris maritimam urbem congregata fuit; prima autem in eadem urbe, tertia vero è quatuor primis generalibus Synodis: de qua agit *Covar. lib. 4. var. cap. 15. nu. 3. Bellarm. tom. I. lib. I. de Concilijs, cap. 5. vers. Tertia Synodus. Baron. tom. 5. annal. anno Christi 431. nu. 7. & nu. 8.* refert epistolam Cœlestini Papæ ad eandem Synodum Ephesinam, quam vide, & nu. 16. ponitur altera epistola eiusdem Cœlestini ad Theodosium Augustum. Adde *Iacobatum de Concilio, lib. I. art. 7. vers. 3. Collecta Synodus Ephesina fuit in Ecclesia Sanctissimæ Deigenitricis Mariæ, Mariana ob eam causam appellata. Dispositis sedibus, & pro personarū dignitate ijsdem singulis distributis. Vide Baron. ubi proxime. num. 50.*

### *De Episcoporum numero, qui in hac Synodo interfuerunt.*

**22. In textu, ibi, Ducenti.** Plusquam ducentos Episcopos interfuisse ex actis Ephesinæ Synodi tradit *Baron. ubi proxime, num. 42. id ipsum*

constat ex Epistola Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Clerum Alexandrinum, adeo ut non sit curandum, si qui hodie in eiusdem Synodi actis subscripti inveniuntur, centumquinquaginta trium Episcoporum numerum tantum expleant. Nam quam plurimos in eis desiderari, collectio Cresconiana redarguit, in qua nominatur, & numerantur Episcopi, qui Ephesinæ Synodo interfuerunt, centum nonaginta; verum convenisse Episcopos ducentos tradit *Covar. lib. 4. variar. d. cap. 15. nu. 3. vers. In qua. Bellarm. d. vers. Tertia Synodus.* Ex quibus Patriarchæ fuerunt, Cyrillus Alexandrinus, qui locum etiam Romani Pontificis obtinebat, Ioannes Antiochenus, & Iuvenalis Hieresolymitanus: quamquam Ioannes, quia se adhuc in itinere constituto, Concilij decretum factum fuerat, initio dissentire cœpit à Cyrillo; postea tamen reconciliati sunt, atq; ideni senlerunt, ut per eundem *Bellar. videre est.*

### *Synodus Ephesina, quando celebrata.*

**In codem vers. ibi, Theodosio 23 Augusto.** Fuit celebratum hoc Concilium anno Theodosij Senioris 24. Valentianii anno 7. & Cœlestini Pontificis anno 8. Consulibus Basso, & Antiocho, ut indicavit *Socrates lib. 7. cap. 34. & tradit Bellarm. lib. I. de Concil. d. cap. 5. vers. Celebratum, & constat ex epistolis, quas Cœlestinus scripsit Theodosio Augusto, & Cyrillo Episcopo, eas refert *Baron. ubi supra, nu. 16. & 19.* De anno autem Domini variant doctores, namq; *Bellar.* existimat esse annum 434. *Covar. d. nu. 3.* eandem opinionem sequitur, licet alias referat *Baron.* tamen ait fuisse celebratum anno Domini 431. quem sequitur *Possevinus in Apparatu sacro, tom. I. littera E fol. 437.* quos doctores videbis, & sequere opinionem, quæ ex eorum fundamentis potior tibi visafuerit, nobis placet Bellarmini sententia.*

### *Causa huius Synodi Ephesina.*

**In codem vers. ibi, Nestorius. 24**

Fuit in hoc Concilio dñnatus Nestorius Episcopus Constantinopolitanus, qui in eam incidit hæresim, ut asseveraret Christum purum hominem ex Sancta Virgine Maria natum fuisse, ut aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis. Tunc vero passim per omnium ora Mater Dei celebrata est, indeq; creditur angelicæ salutationi additum illud. *Santa Maria Mater Dei ora pro nobis.* tradit *Possevin. d. fol. 437. Covar. d. nu. 3.*

vers. In qua. Cœlestini Papæ Iauis existit, quod p  
eum Deus Pelagium, & Nestorianam hæresim  
jugulaverit.

### *De damnatione, & sententia in Nestorium lata.*

### *Pronuntiatæ in Nestorium senten- tiæ præsens est tenor.*

25 **C**V M inter cetera irreligiosissimus Nestorius, neq;  
nostra citationi parere, neq;  
sanctissimos, rursus  
religiosissimosq;  
Episcopos nostris ad se missos ad-  
mittere voluerit: non potuimus ad eorum, quæ impie do-  
cuit, examinationem animū non adiungere. Edicti itaq;  
parim ex litteris, commentariisq; illius, hic publicè lectis,  
parim rursum è sermonibus, quos in hac Ephesiorum  
Metropoli habuit, quicq; testimonij comperti sunt illum  
impie docere, & sapere per sacros Canones, sanctissimiq;  
Romana Ecclesia Episcopi Cœlestini Patriis nostris litteras;  
lachrymis suffusi, & pene inviti, ad lugubrem banc sen-  
tentiam ferendam urgemur. Igitur Dominus noster Jesus  
Christus, quem suis ille blasphemis, vocibusq; impetravit,  
per facta hanc Synoicum eundem Nestorium omni pro-  
fus Episcopali dignitate priuatum, & ab universo nihil  
minus Sacerdotum consortio, & cetero, alienum esse de-  
crevit. Hactenus verba in Nestorium prolatæ  
sententiæ, quam ponit Baron. tom. 5. d. anno 431.  
num. 59.

26 Quæ vero ipse Nestorius post sententiam  
machinatus fuerit, vide per eundem nu. 66 usq;  
ad finem illius anni. Item quæ passus fuerit  
Nestorius in exilio, vide per eundem Baron. an-  
no Christi 435. à num. 1. usq; ad 8. Misericordum  
Nestorij interitum audi, & mirare, nimis  
eius lingua veribus exesa est, ac totum cor-  
pus putredine consumptum, sicq; cum huius  
vitæ miserijs ad graviora supplicia, justo Dei  
judicio infligenda, eaq; sempiterna migravit,  
ut ex Evagrio, & Theodoro lectore, tradit idem  
Baron. d. anno 436. nu. 9.

### *De quarta Synodo Chalcedonensi.*

27 In eodem textu, in vers. Quar-  
ta Synodus Chalcedonensis. De qua  
agut Co-  
var. lib. 4. var. d. cap. 15. nu. 4. Bellarm. tom. 1. lib.  
3. de Conciliis, cap. 5. vers. 4. latissime Baron. tom.  
6. annal. anno Christi 451. nu. 22. usq; ad nu. 162.  
Jacobinus de Concilio, lib. 1. art. 7. fol. 5. vers. Chal-  
cedonense. & Synodi quidem istius appellatione  
ea tantum acta intelligenda sunt, quæ confir-  
mata Leonis 1. Pontific. Max. fuerunt autho-

ritate. Id dixerim, quoniam Leo Papa iusilli-  
mè irritavit decretum haud legitimè sanctum  
actionis 16. Absentibus enim suis legatis, qui  
postea apertissimè reclamaverunt, primatum  
Ecclesiæ tribuerunt Constantinopolitanæ sedi  
quasi Romana olim, & ipsa tunc habuisset pri-  
matum, cum Orbis Imperio Roma potiretur,  
hoc est humanitus, non divinitus, quæ contra  
Christum Dominum est ipsissima blasphemia.  
Vide Leonis Pontif. Max. epistolam 55. ad Pulcheri-  
am Augustam, Liberatum in Breviario cap. 12. Eva-  
grium lib. 2. Historia cap. 2. 3. & 4. Optime Posse-  
vium in Apparatu sacro tom. 1. littura K. fol. 309. ubi  
refert apologiam Leonitij Byzantij contra eos,  
qui Synodum Chalcedonensem caluminantur.  
Porro Chalcedon civitas erat Bythyniæ prope  
Bosphorus Thracium è conspectu Byzantij,  
quod in altera parte est situm.

### *De numero Episcoporum Con- cilio Chalcedonensi assi- stentium.*

In eodem vers. ibi, Sexcenti & 28  
viginti. Quotnam autem fuerint? Diversæ  
reperiuntur sententiæ, Nicephorus lib.  
15. cap. 2. ait fuisse sexcentos triginta sex. Ve-  
rum Sanctus Leo epist. 52. ad Episcopos Galliarum,  
ait fuisse sexcentos; eundem numerum tradit  
Possevinus ubi supra, vers. Poiro. Sed tenendum  
est cum nostro Gratiano fuisse sexcentos, &  
viginti, ita tradit Liberatus in Breviario, cap. 13. tom.  
2. Phosius de septem Conciliis, ac demum reliqui  
ferme omnes illos sequuntur, ut tradit Baron.  
d. anno 451. nu. 55. eandem opinionem sequitur  
Bekarmin. d. lib. 1. de Conciliis, cap. 5. vers. Quarta  
ad finem. Ex quibus erant Patriarchæ Dioicoru-  
s Alexandrinus, qui tamen mox electus est,  
Maximus Antiochenus, Anatolius Constanti-  
nopolitanus, & Iuvenalis Hierosolymitanus,  
vide Bellarm. & Possevinum, ubi proxime. Covar. d.  
cap. 15. nu. 4. vers. In hac. Convenerunt omnes  
non intra mœnia Chalcedonensis civitatis, sed  
in suburbis, in amplissima Basilica Sancte mar-  
tyris Euphemiae, quæ ab Evagrio Graphice des-  
critur, lib. 2. cap. 3. & tradit Baron. ubi proxime,  
nu. 56. quem videbis.

### *Quo tempore Synodus Chalcedo- nensis fuerit celebrata.*

In eodem vers. ibi, Sub Mar- 29  
tiano Principe. Fuit celebrata anno Do-  
mini 451. inchoata est  
octavo Idus Octobris, absoluta vero Kalend.  
Novem-

Novembris, anno imperij Valentiniani 27. & Martiani 2. & Leonis Papæ anno 12. quo medio tempore duodecim diebus, duodecim sessiones, sive secretaria esse habita, Liberatus testatur: Actiones vero in eis habitas numerat ipse quindecim: sed tum latina, tum Græca exemplaria, sexdecim continent, cum tamen ob depravatos codices interdum ex Græco corrigendus sit latinus textus, & ex Latino Græcus, habeanturque actiones in Græco codice, que in Latinis desiderantur, vide Baron. d. tom. 6. anno Christi 451. nu. 69. & nu. seqq. qui ponit totas sessiones, & circa eas disputat. Adde Covar. lib. 4. var. d. cap. 15. nu. 4. Bellarmin. de concilijs. lib. 1. d. cap. 5. vers. 4. Possevinum tom. 1. littera C. fol. 508.

### De causa Synodi Chalcedonensis.

#### 30 In eodem vers. ibi, Eutychem.

Fuit damnatus Eutyches Archimandrita, seu Abbas Constantinopolitanus, qui asserebat post Verbi divini Incarnationem, & carnis, ac diuinitatis unionem, statim carnem conversam fuisse in Deitatem, atque inde cogebatur multa contra catholicam fidem nefanda, & absurdula confiteri, de quibus legitio Alphonsum à Castro lib. de heresis verbo, Christus, heresi 4. vide Covar. variar. lib. 4. d. cap. 15. nu. 4. vers. In hac; latissime Baron. d. tom. 6. anno Christi 449. nu. 22. & seqq. Bellarmin. lib. 1. de Concil. d. cap. 5. vers. 4. sententiam prescriptam à Leone Pontifice in Eutychetem, vide per eundem Baron. anno 449. nu. 68. Item de eius exilio anno 454. nu. 16.

#### 31 In eodem vers. ibi, Eius defensionem Dioscorum.

Fuit etiam damnatus eum Euthyche, tanquam eius defensor Dioscorus Episcopus Alexandrinus, qui licet homo esset facinorisissimus, sanctissimus tamen videri voluit; fuit vocatus ad Synodum per epistolam Theodosij, quam refert Baron. d. tom. 6. anno Christi 449. nu. 33. & 34. & Eutychetem ibi absolvit, ut tradit idem Baron. nu. 93. fuit tandem Dioscorus Gagram civitatem in Paphlagonia iussus proficisci, ibidem namque relegatus est, & infelix diem clausit extremum, ut post Evagrium, & Liberatum, tradit Baron. d. tom. 6. anno Christi 451. nu. 160. Sed quis credere possit, quod Dioscorum deformis monstrum, & in quo monstrata omnia in unum poterant videri coniuncta, Alexandri, & Egypti delirantes, velut sanctum coluerint, & usque in hanc diem colant? Vide eundem Baron. ubi proxime, anno 452. nu. 22.

#### 32 In eodem vers. ibi, Nestorium.

Fuit iterum damnata Nestoriana heresis, &

eius autor Nestorius, de quo vide posita supra in Synodo Ephesina, nu. 25.

#### In §. Hę sunt quatuor. Quæ Cōci-

lia in Ec-

clesia catholica maximum nomen, & majestatem semper obtinuerunt, ut constat ex textu in praesenti, & ex I. Nos reddentes, §. Suscepimus, C. de summ. Trinit. & ex I. Quicunqz, post principium, C. de hæret., adde Covar. d. lib. 4. var. cap. 15. nu. 4. in fin.

#### In §. Synodus. Agit textus de ethy-

mologia Synodi, &

34 dicit significare ex dictione Græca, idem quod cœtus, seu conventus. Hinc veteres lunam appellabant Synodicam, quando ob solis convētum universo lumine privabatur; Similiter, & stellas Synodicas nuncupabant, veluti cum sole commeantes. Huius eruditionis auctor est Cælius Rhodigin. lect. antiq. lib. 20. cap. 7. & lib. 21. cap. 5. Synodica, inquit, luna nuncupatur, cum lumini universitate privatur, velut cum sole comeans. Omnis igitur multorum virorum cœtus, vel conventus propriè Synodus dici potest. De quo vide Felin. in cap. Capitulum, col. 1. nu. 2. de rescript. Jacobitum de Concilio, lib. 1. art. 1. fol. 2. vers. Sed si recte. Decimum in cap. Osias. nu. 4. vers. Quarto de elect. qui textum referunt. Gregor. Lopez part. 2. tit. 18. l. 21. Glossa Vlt. ubi dicit Concilium convocari ad sonum campanæ. Adde quod Synodus est etiam gehuſ pīscis, in cuius cerebro Synodonties gēma invenitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

#### In Glossa, verbo, Apostolos.

Dicit Glossa, quod Apostoli symbolum instituerunt, quam ad hoc allegat, & sequitur Gregor. Lopez p. 1. tit. 3. l. 1. Glossa 2.

#### In eadem, ibi, Dicitur. Laborat

Glossa in 36 ethymologia, verbi, Symbolum, sed inepta videatur Glossæ interpretatio, sicut Glossæ in cap. 1. verbo, diabolus, de summ. Trinit. cum symbolum à symbolo verbo Græco, quod significat confero, & simul trado, deducatur. Fallitur etiam Glossa, in Rubrica de summa Trinit. ad fin. De varia symboli notione, leges Rhodiginum, lect. antiq. lib. 5. cap. 21. De symbolis maximè in convivijs, & in ludis, nonnulla habet Turneb. Advers. lib. 3. cap. 6. & lib. 29. cap. 9.

### C A P. Sicut. II.

S U M M A R I V M .

1. Gregorius Pontifex quis fuerit?

2. Quatuor concilia suscipienda, sicut quatuor Evāgelia, quomodo intelligatur?

3. Dictio, sicut, quid significet?

Quinta

- 4 Quinta Synodus, quando celebrata?  
 5 Iba Episcopus Edessa.  
 6 Epistola Samuelis contra Ibam.  
 7 Papa an dispenset circa articulos fidei?

**I**N superscriptione ibi, Gregorius. Vide posita ad cap. Cum de Constantiopolitana dist. 22. & de eius sapientia, & vi in scribendo, ac docendo: vide Possevimum in Apparatu sacro tom. 1. verbo, Gregorius Magnus fol. 564. & qui fuerint legitimi libri Gregorii, vide per eundem fol. 567. & seqq. ubi multa videbis.

**2 Ad textum.** Collige ex textu, quod sicut Evangelij quatuor libri, sic quatuor Concilia suscipi, & venerari debent; in quo videtur Gregorius parem venerationem exhibere quatuor Concilijs, quæ exhibetur Evangelij; sed in contrarium urget, quod authoritas sacræ Scripturæ omnibus alijs rebus præponenda est, ut dicit Augustin. in cap. Quis nesciat supra dist. 9. Tu dic Beatum Gregorium in præsenti, non intendere quatuor Concilia equare authoritati sancti Evangelij, cuius authoritas omnibus scripturis antecellit: sed denotare voluisse similitudinem, quia in his quæ defile determinant illa concilia, conformia sunt doctrinæ Evangelicæ, quoad veritatem, quam ex Evangelio fundatam sumperunt; & ita quoad fidem à nobis illis adhibendā, paria sunt Evangelia, et generalia Concilia, quia utrisque eadem fides adhibetur; tradit postulat Albert. de agnoscendis q. 25. nn. 12. & 22. Jacobinus de Concilio lib. 1. art. 1. vers. Nunc igitur foli 5. & huius textus meminit Gregor. Lopez part. 1. tit. 5. l. 1. Glossa 5. & cum notat Abb. in cap. Significasti nu. 3. de elect. ad hoc, quod sententia Papæ standum est, etiam si contradicat sententia totius Concilij, & verba nostri textus transludit Eymericus in Director. inquisit. p. 1. fol 54.

**3 In principio textus ibi, Sicut.** Hæc comparatio versatur circa certitudinem in rebus fidei, ita ut postquam Ecclesia sic tradidit, observandum sit, cum apud Ecclesiam sit ius declarandi, quæ sit sacra Scriptura, aut Evangelium Canonicum. Covar. lib. 4. resolut cap. 14. nn. 1. Canus de locis theolog. lib. 2. cap. 7. Corduba in question. lib 4. q. 1. proposita 4. ad finem Adde posita ad cap. Nam sicut dist. 31.

**4 In vers. Quintum.** Vide posita ad cap. Sexta vers. Quinta infra dist. 16.

**5 In eodem vers. ibi, epistola, quæ Ibæ dicitur.** Fuit Iba Episcopus Edessa cuius epistola extat apud Concilium Chalcedonense, actione 10. tom. 1. concil.

in impressione Coloniæ Agrippinæ; scripta ad Marim Persam, contra Cyrillum Alexadrinum.

Libellum Samuelis, & aliorum presbyterorum Edessa ad Photium, & ad reliquos Episcopos contra Ibam vide ibidem fol. 902. At Justinianus in edicto fidei, quod continet fidei professionem, & heresum refutationem, Ioanni Papæ 2. transmesso, condemnat defendantes hanc epistolam Ibæ, abnegantis Deum Verbum hominem factum esse, & dicentis non Deum Verbum ex Virgine incarnatum esse, sed purum hominem ex ipsa esse natum, quem templum vocat, ut alius sit Deus Verbum, & alius homo; Extat hoc edictum in calce d. tons. 1. fol. 1068. vers. Si quis, & seqq. ubi multa vide.

### In Glossa Ultim. circa finem,

Inquit Glossa, Papam non posse dispensare circa articulos fidei, & est Glossa similis, in cap. Litteras, verbo, non potest, de restitut. spol. & ibi scribentes; at de materia Covar. practic. cap. 31. nn. 4. post principium.

### C A P. Sancta. III.

#### S V M M A R I V M.

- 1 Gelasius Papa quis fuerit?
- 2 Quales libros Ecclesia Romana approbet?
- 3 Vetus, & novum testamentum, quos libros continet?
- 4 Libri Agiographi qui dicantur?
- 5 Cypriani opuscula.
- 6 Athanasij opuscula.
- 7 Gregorij Nazianzeni opuscula.
- 8 Basilij opuscula.
- 9 Ioannis Constantinopolitanus, & Chrysostomi opuscula. & nn. 10.
- 10 Theophili opuscula.
- 11 Cyrilli opuscula.
- 12 Hilaryi opuscula.
- 13 Ambrosij opuscula.
- 14 Augustini opuscula.
- 15 Hieronymi opuscula.
- 16 Prosperi opuscula.
- 17 Leonis Papa epistole, & earum miracula. & nn. 19. & 20.
- 18 Opuscula omnium Patrum.
- 19 Decretales epistole.
- 20 Sanctorum martyrum gesta.
- 21 Quid sentiendum de gestis martyrum, quorum authores ignorantur? Martires

## Distinctio XV.

83

- 25. Martyres debent venerari.
- 26. Vita Patrum, Pauli, Antonij, & Hilarij recipiuntur.
- 27. Beati Sylvestri acta. & nu. 28.
- 29. Inventio sancte Crucis quando instituta? & de eius festo nu. 30.
- 31. An festum sit de jure communis?
- 32. Inventio capitis Ioannis Baptiste. De eius capitis revelat. nu. 33. & 34.
- 33. Rufinus, & eius opera.
- 36. Origenis nonnulla opuscula permittuntur; eius scripta, & vita nu. 37.
- 38. Opera unde recussa.
- 39. Eusebij Cæsariensis chronico; fuit Episcopus, dictus etiam Pamphilius. n. 40.
- 41. Paulus Orosius quis fuerit? eius opera nu. 42.
- 43. Sedulius, & eius opera.
- 44. Iuvenens, & eius opera.
- 45. Apocryphi libri, qui dicatur? & nu. 46
- 47. Ariminensis Synodus apocrypha quando celebrata? & nu. 48.
- 49. Romana Ecclesia quos actus Apostolorum recipiat?
- 50. Itinerarium Petri Apostoli apocryphus.
- 51. Actus Andreae Apostoli apocryphus.
- 52. Actus Philippi Apostoli apocryphus.
- 53. Actus Thome Apostoli apocryphus.
- 54. Heretici etiam Christo apocrypha opera imposuerunt.
- 55. Evangelium Thadæi Apostoli apocryphum.
- 56. Evangelium Thomæ apocryphum.
- 57. Evangelium Barnabæ apocryphum.
- 58. Evangelium Bartholomæi apocryphum.
- 59. Evangelium Andreæ apocryphum.
- 60. Lucianus falsavit Evangelia.
- 61. Hircius falsavit Evangelia.
- 62. Liber de infantia Salvatoris apocryphus.
- 63. Liber de Nativitate Salvatoris apocryphus.
- 64. Liber de Sancta Maria apocryphus. & nu. 65.
- 66. Liber Pastoris apocryphus.
- 67. Libri, quos fecit Lenticius, apocryphi.
- 68. Liber, qui appellatur, Fundamentum, apocryphus.
- 69. Liber, qui appellatur, Thesaurus, apocryphus.

- 70. Liber de filiabus Adæ apocryphus.
- 71. Centimetrum Christi apocryphum.
- 72. Actus Tecle, & Pauli apocryphus.
- 73. Liber Nepotis apocryphus.
- 74. Liber Proverbiorum ab hereticis scriptus apocryphus.
- 75. Revelatio Pauli apocrypha.
- 76. Revelatio Thome apocrypha.
- 77. Revelatio Stephani apocrypha.
- 78. Liber de transitu Beatæ Marie apocryphus. & nu. 79.
- 80. Liber de pænitentia Adæ apocryphus.
- 81. Liber Ogia Gygantis apocryphus.
- 82. Liber de testamento Iacob. apocryphus.
- 83. Liber de pænitentia Origenis apocryphus.
- 84. Liber de pænitentia Cypriani apocryphus.
- 85. Liber de pænitentia Iamnis, & Mambræ apocryphus.
- 86. Liber de sortibus Apostolorum apocryphus.
- 87. Liber Lusanae apocryphus.
- 88. Liber Canonum apocryphus.
- 89. Liber Physiologus apocryphus.
- 90. Historia Eusebij Pamphili apocrypha.
- 91. Opuscula Tertulliani apocrypha: eius vita, & scripta. nu. 92.
- 93. Opuscula Posthumiani, & Galli apocrypha. & nu. 94.
- 95. Opuscula Montani, Priscille, & Maximillæ apocrypha.
- 96. Opuscula Fausti Manichæi apocrypha.
- 97. Opuscula alterius Clementis Alexandrinæ apocrypha. & nu. 98.
- 99. Opuscula Cassiani apocrypha.
- 100. Opuscula Victorini Pictaviensis apocrypha. & nu. 101.
- 102. Opuscula Faustini Reginensis apocrypha.
- 103. Opuscula Frumentij apocrypha.
- 104. Epistola Iesu ad Agabarum apocrypha.  
Epistola Agabari ad Iesum. nu. 105.
- Rescripta Iesu ad Agabarum. n. 106.
- Quantam fidem habeant? nu. 107.
- 108. Passio Georgij apocrypha.
- 109. Passio Cirici, & Iulite apocrypha.
- 110. Contradiccio Salomonis apocrypha.
- 111. Philacteria omnia apocrypha.
- 112. Nonnulli heresiarchæ recensentur.

Modus

- 113 Modus per quendam novum, & vetus testamentum per annum distribuitur.  
114 Glossa, verbo Cyrici reprobatur.

**I**n superscriptione, ibi, Gelasius. De quo vide posita in cap. Certum, dist. 10. Adde Baron. tom. 4. annal. anno Christi 382. nn. 19. ad finem.

**In eadem superscriptione, ibi, In Concilio habito Romæ.** Gelasius primus, sui Pontificatus anno tertio, Domini autem 494. Romanum Concilium 70. Episcoporum Romæ coegit, ad fidem illibatè custodiendam, ubi & libros canonicos, & legitimos discrevit ab apocryphis. Quin, & libellum edidit, cuius hæc fuit inscriptio. *Gelasius Papa adversus Andromachum Senatorem, ceterosq; Romanos, qui lupercalia secundum morem pristinum colenda constituebant.* Totum autem hunc libellum per dignum lectu, nostrisq; temporibus commodum, ubi viget licentia carnis, inservit Baron. Card. sexto suorum Annalium tomo, sub anno Domini 496. Gelasij autem eiusdem Papæ Quinto.

**Ad textum.** Agit Gelasius in præsenti de Concilijs, & libris, quos sancta Ecclesia Romana suscipiat, de qua materia in genere vide Albert. de agnoscend. q. 15. nn. 2. & 9. Castrum adversus heres, lib. 1. cap. 7. col. 4. vers. Qui iam ferat, & vers. Colligamus. Notavit Felin. in cap. Ne innitaris, nn. 3. & seqq. de constitutionibus. Symmach. de catholicis, cap. 59. per totum. Canus de locis theologicis, lib. 2. cap. 5. Vasq. 1. p. d. 12. cap. 2. Bellarm. tom. 1. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 4. & seqq. Iacobus Gretserus in defensione, Bellarm. tom. 1. lib. 1. cap. 4. per totum. latissime Covarr. lib. 4. resolut. cap. 16. per totum. Atq; fermè hæc propria verba nostri cap. tradit Burchard. in suo Decreto, lib. 3. cap. 217. usq; ad cap. 221. Heymericus in Directorio Inquisit. part. 1. fol. 55.

**3 In principio textus ibi, Veteris testamēti, & novi scripturas.** Quas suo ordine enumerat Gelasius Pontifex in originali, quod habetur 1. tom. Concil. fol. 991. idem observavit Burchard. in suo Decreto lib. 3. cap. 207. usq; ad 220. Hodie verò enumerantur libri Canonici in Concil. Trid. sess. 4. ubi videbis, licet enim in Ecclesia Catholica Orthodoxorum omnium concessione enumeratorum librorum semper viguerit authoritas. Non defuerunt tamen heretici, qui libros testamenti veteris, & novi oppugnarunt, de quibus vide doctissime Bellarm. lib. 1. de Verbo Dei cap. 5. & 6. Imo nonnulli fuerunt catholici scriptores, qui aliquos libros veteris testamenti extra Canonem

posuerunt, veluti librorum Esther, quem repudiabant Athanasius, & Gregorius Nazianzenius & librum Baruch, quem rejecit Ioannes Dridio, & quedam capitula Danielis, quæ ipse Dridio reprobavit: quorum defensionem vide latissimè per eundem Bellarm. ubi supra, cap. 7. & seqq. & videbis etiam Covar. lib. 4. variat. cap. 14. per totum.

**Post principium textus, in §.**

**Iam nunc.** Hic agitur de libris agiographis, id est de libris Sanctorū qui licet ab Ecclesia recipientur, ut hic dicitur, non tamen faciunt autoritatem necessariam, sed probabilem D. Thom. p. 1. q. 1. art. 9. ad 2. Canus de locis theolog. lib. 7. cap. 1. Castro adversus heres, lib. 1. cap. 7. col. 5. vers. Quod verò. Covar. variat. lib. 4. d. cap. 16. nn. 1. Quanvis Glossa in cap. Noli, 9. dist. dicat, quodd hodie hæc doctrina est omnino certa, per hunc textum, sed eam improbat Canus lib. 7. cap. 3. conclus. 2. Castrus adversus heres, cap. 7. col. 4. vers. Verum non est hic praetermittendum. & vide notata ad Glossam in d. cap. Noli.

**Ibi, Item opuscula beati Cypriani.** Fuit Cyprianus martyr, & Episcopus Carthaginensis. Neophytius per omnia ecclesiastica munera ad presbyterium, deinde ad Episcopatum, summo amore, & ardore plebis electus est, anno à Christo nato 249 anno Fabiani Pontificis 13. martyrium subivit primo anno Dionysij Pontificis, & fuit primus martyr Episcoporum Carthaginensium. Vide Covar. lib. 4. variat. cap. 19. nn. 2. Baron. tom. 2. annal. anno Christi 250. usq; ad annum 261. Plantæ opera Cypriani edita sunt emendationa Antuerpiæ, in ædibus Petri Belleri, anno 1589. in fol. distincta in tres tomos: additis alijs Cypriani epistolis, quæ in alijs editionibus extabantur. De fructu scriptorum Cypriani, & eorum commendatione est videndus Lactantius lib. 5. divinarum institutionum cap. 4. Atq; elenchū, eorum, quæ in opusculis Cypriani sunt vel addita, vel detracta, vel lapsu typographi, vel alio quovis modo supposita. Vide per Possevimum in apparatu sacro, verbo, Cyprianus, fol. 362. tom. 1. eleganter Bellarm. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 250. fol. 48.

**Ibi, Item opuscula beati Athanasij.** Fuit Athanasius Alexandriæ Episcopus, adhuc puer dum unâ cum pueris alijs ad littus maris luderet, ab ijs fuit Episcopus dictus; claruit usque ad Valentianum, & Valentem Imperatores; multas Arianoꝝ passus est insidias, quas Baron. in 3. & 4. tom. annal. passim commemorat, nec fermè omittit quidquam, quod ad eius labores, persecutions, exilia, solitudines, & scripta pertineat. Vide

Ruffinum lib. I. cap. 4. Sozomenum lib. 2. cap. 16. Covar. d. lib. 4. cap. 16. nu. 2. vers. Opuscula. Extat vero symbolum, quod ab omnibus appellatur Athanasij, ab Ecclesia catholica receptum. Hoc autem Romam à Papa Iulio I. vocatus, ut judicaretur, publicè edidit. Tandem post multa annorum curricula tradi meruit Ecclesiæ recitandum, incipit autem. *Quicumq; vult salvus esse.* Aliud est ab altero illo Athanasij scripto, quod inscriptum est: *Expositio fidei,* quodq; in primo operum eiusdem tomo habetur. Meminit autem Symboli ipsius Augustinus varijs in locis, ubi eius scripta verbis quibusdam, ac sententijs eiusdem Symboli apparent conspersa. Ceterum quamquam in universo pene orbe fuerit admissum, à Græcis tamenijs qui ab Ecclesia Romana se se præciderat pars illa dempta est, qua Spiritu Sanctum à Patre, Filioq; procedere expressum habetur; eo falso prætextu, quod superaddita nuper fuerit à Latinis, cum liquido appareat ante annos nongentos sexaginta, ita ut nunc se habet, legi solere. Quod constat ex primo capite Toletani 4. Concilij, & ex testimonio Apostolicæ sedis legatorū ad Græcos Gregorij 9. Rom. Pont. in definitione fidei Catholice. Sentiunt alij non Romæ, sed apud Treviros in puto ubi dilituit Athanasius, hoc Symbolum fuisse conscriptum divino quodam prævio miraculo; sed Baron. tom. 3. annal. sub. anno 340. fabellam hanc nulla ex parte veritate subnixam corruisse affirmat. De scriptis Athanasij, quæ pro legitimis habentur, lege Possevinum in apparatu sacro, tom. I. in verbo, Athanasius, fol. 137. At post impressiones veteres subsecutæ sunt editiones operum Athanasij; prima anno 1572; secunda, anno 1581. Parisijs apud Sebastianum Nivellum virum catholicum. Ceterum opera Athanasij Græca, & Latina, una cum Nicœna Synodo Vittembergæ sunt edita, anno 1597, quæ tamen cautè sunt legenda: de quo videbis Possevinum ubi supra. fol. 141. latè Bellarin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 340. fol. 58.

Ibi, Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni. Cognomento Theologus, quis, qualis, & quantus fuerit, omnes uno ore Græci, & Latini melioris notæ scriptores ecclesiastici testati sunt. Vitam ipsum suam Græco carmine iambico scripsit. Fuit Episcopus Sasimorum, deinde in Nazianzeno Episcopatu patri administrator, postea Archiepiscopus Constantinopolitanus. Fuit præceptor Divi Hieronymi, eodem Hieronymo teste; obiit sub Theodosio Magno, anno eius Imperij 3. aut 13. ut alij volunt. Vide Covarr. lib. 4. variar. dicto cap. 16. nu. 3. Quæ Gregorij Nazianzeni opera extant,

in latinum conversa, & edita, vide per Possevinum in apparatu sacro, tom. I. verbo, Gregorius Nazianzenus, fol. 574. Quinam primo è Græco in Latinum uesterunt aliqua Gregorij Nazianzeni; vide ibidem, fol. 574. & sequentib. Qui in opera hæc perdocta scripsi commentaria: sunt Nicetas Serronus, Elias Cretensis, & hi quidem Græcè, Jacobus autem Billius Scholia Latina edidit, quæ omnia data sunt in publicum Parisijs anno 1583. Post hanc autem Billij versionem prodierunt eiusdem Nazianzeni arcana, sive de principijs, quadringentis octoginta duobus versibus cum paraphrasi græca; & eiusdem carmen adversus Apollinarium. Item de poematis à se editis e Bibliotheca Reipublicæ Augustanæ. Baronius tom. 4. annalium de Nazianzeno latè agit. De libris scriptis soluta, ligataq; oratione Sancti Gregorij, & de corum observatione vide Bellarin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 370. fol. 73.

Ibi, Item opuscula beati Basiliij. Fuit Basilus cognominatus Magnus, Cesarex Cappadocum, quæ olim Mæsaca vocabatur, episcopus. Natus est in Hellesponto, Ponti eppido è nobilibus parentibus. Vide posita ad cap. Ecclesiastici, II. distinct. Covarr. variar. dict. cap. 16. nu. 3. vers. Item, & judicium, de Basilijs doctrina, & scriptis, & quænam opera extant, sive edita, sive non edita, quidq; in depravatis eorum aliquibus cayendum, lege latissime per Possevinum in apparatu sacro, tom. I. verbo, Basilius Magnus, fol. 184. cap. 2. & 4. Bellarin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 370. fol. 71. Latina Basilij versionis à varijs authoribus factæ, quænam melior, & auctior sit, vide per eundem cap. 10. usq; ad cap. 14. Porro duæ græcæ operum Basilij editiones, præter Aldinam præcipuæ extant, altera, quæ anno 1535. apud Stephanum Sabium emissa est Venetijs. Iam verò editiones quoq; catholicorum duæ præcipue fuerunt, quæ nobis postremò Basilium auctiorem, & emendatior em tradiderunt Philippus Nutius Antuerpiæ, anno 1569. Sebastianus Nivellus Parisijs anno 1571. Quæ verò opera continentur in ijs? Vide per eundem Possevinum, ubi supra, cap. 15. fol. 206.

Ibi, Item opuscula beati Ioannis Cōstantinopolitani Episcopi. Vide Covarr. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 3. vers. Item opuscula beati Ioannis, qui textū intelligit de Ioanne Chrysostomo, ita nuncupato ob aureum eloquētiæ flumen: Chrysostomus enim ex græco fonte idem sonat, atque os autem. Natus est Antiochia; Secundo, et Anthusa parentibus no-

H bilibus;

bilibus; mortuo Nectario, invitus Arcadij Imp. opera, eidem Episcopatui Constantinopolitano sufficitus est anno 398. Anastasij summi Pontificis primo: obiit in exilio Comanis, prope Euxinum Pontum post nonum annum sui Episcopatus. Inter alias eius dotes scribit Sophronius in Prae spirituali cap. 191. nunquam cum mentitur suis, nec unquam alicui maledixisse; neque scurrilia locutum, nec iocos admississe; de illo agit accurate Baron. tom. 5. annal. Post varias editiones operum D. Ioannis Chrysostomi editas Parisijs, et Basilea, exiit altera Parisijs apud Gulielmum Merlinum anno 1570. postea nonnulla alia opera Antuerpiæ anno 1579. et Ingolstadij eodem anno. Vide latè Possevinum tom. 1. fol. 145. & seqq. Porro de ipso Chrysostomo, & de observatione in eius opere vide Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini 398. fol. 94.

**10** Sed nosler textus in præsenti non ponit illud cognomen, Chrysostomi, quod etiam observavit Burchardus in suo Decreto lib. 3. cap. 220. unde non defuerunt D. D. existimantes Ioannem, de quo est sermo suis illum Ioannem (ut Isidorus habet in Catalogo) sanctæ memoriae Constantinopolitanū Episcopum, natione Cappadocem, qui fuit vir inestimabilis abstinentia et eleemosynis tam largus, ut etiam zelo avaritiæ adversus eum Imperator Mauritius permotus, urbe pellendos pauperes ediceret. Græco eloquio edidit de sacramento Baptismatis rescriptum ad beatæ recordationis Dominum meum (verba sunt S. Isidori) & prædecessorem Leandrum Antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina mersione sententias. Clarvit temporibus Matrij Principis, defunctusq. Augusto eodem regnante, anno autem 590. ut haberet Tritemus. Eius libellus defide extat in volumine Conciliorum Coloniæ editorum; vide Possevinum in apparatu sacro tom. 1. littera I. fol. 162. Sed huius opinionis authores falluntur, quia Gelasius enumerat quatuor ordine doctores Ecclesie Græce. Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, & quarto loco beatum Ioannem Constantinopolitanum, qui necessario est Chrysostomus; igitur perperam faceret mentionem de beato Ioanne eleemosynario, qui doctor Ecclesie non habetur.

**11** Ibi, Item opuscula Theophili Alexandrinii Episcopi. Qui primo de Ecclesia benemeritus, quod aduersus Origenem, & Origenistas se gessisset egregie, deinceps autem ob persecutionem procuratani contra Ioann. Chrysostom. Pontifici Romano, & omnibus bonis odiosus, tandem resipuit, atq. post 27. annos, quibus Ecclesiam illam rexit, ex hac vita an-

no Domini 412. undecimo autem Innocentij Papæ migravit; qua de morte Ioann. Damascenus, lib. 3. de imaginibus, prope finem, narrat ex Isidoro diacono hæc, quæ sequuntur. Theophilus ob illud peccatum (quod scilicet nunquam Ioann. Chrysostomi nomen passus esset in Ecclesia recitari) non poterat animam agere, donec oblata ei fuit imago Chrysostomi, quam ille cum esset veneratus, spiritum emisit. Ceterum Leo Papa epist. 52. & 64. vocat Theophilum probatissimum Presullem, & sanctæ memorie Episcopum, scribens ad Galliarum Episcopos, & ad Martianum Imperatorem. Vide Possevinum in apparatu sacro, tom. 3. littera T. fol. 289. ubi ponuntur scripta, & opera Theophilii, Baron, 5. tom. annalium, anno 397. & seqq. & 412. nu. 41. & 42. ubi etiam ponuntur eius scripta, licet in nonnullis dissentiat. Covarr. lib. 4. variat. d cap. 16. num. 4. Adde Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 390. fol. 91.

**Ibi, Item opuscula beati Cy- 12 rilli.** Cyrillus mortuo patruo Theophilo, Alexandrinus Episcopus eligitur, vir insignis eruditio, qui pro christiana religione aduersus Nestorium egregie pugnavit; præfuit Ephesina Synodo, nomine Papæ Celestini, anno 432. Horuit temporibus Theodosij Iunioris, obiit anno Domini 444. sancte. Eius extant præclara opera, quorum meminit Nicephorus lib. 14. cap. 14. Porro qui dixerunt Cyriillum fuisse monachum montis Carmelli, nullo legitimo teste id pronuntiarunt; nam apud Hieronymum, & alios illius sculi scriptores, nunquam de hac fabella fit mentio. Ceterum opera Cyrilli, quæ hactenus latina sunt reddita, magis emaculata typis Michaelis Sonnij Pariensis typographi, anno 1573. fuerunt excussa. Verum idem Cyrillus librum de animalium, & plantarum proprietate scripsit versibus Græcis, qui anno Domini 1590. Romæ fuit primo editus è typographia Francisci Zanetti. Vide Covarr. d. cap. 16. num. 4. ad med. latè Possevinum in apparatu sacro, tom. 1. littera C. fol. 370. qui speciatim de omnibus operibus Cyrilli disputat: de quo etiam Bellarmin. de scriptor. ecclesiast. anno Domini 430. fol. 112.

**Ibi, Item opuscula Beati Hi- 13 jarij Pictaviensis Episcopi.** Quem non solum Hieronymus, & Augustinus, verum etiam integrâ Synodus Ephesina prima, & alia deinceps Concilia merite coluerunt. Is (inquit Hieronymus in Catalogo) factiose Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterensi in Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confitit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcop.

**E**piscopos scripsit, & in Psalmos Commentarios, primum videlicet, & secundum, & à 51. usq; ad 62. & à 118. usq; ad extremum, in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius ad Constantium libellus, quem viventi Constantinopoli porrexerat; & alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit; & alius liber adversum Valentem, & Vscacum, histriam Ariminensis, & Seleuciensis Synodi continens, & ad Prefectum Sallustium, sive contra Diocorum, & liber hyrcanorum, & mysteriorum alius, & Commentarij in Mattheum, & tractatus in Iob, quos de Graco Origenes ad sensum transtulit, & alius elegans in Cantica Canticorum, sed à nobis hoc opus ignoratur. Moribus est Pictavij Valentiniano, & Valente reguantibus, anno Domine 372. Hæc Hieron. Pictavium urbs Galliæ Aquitanicæ. At postea nonnulla alia opera Hilarij extiterunt, quæ alibi excussa, tandem Parisijs integriore editione prodierunt, anno 1572. Vide Covarr. d. cap. 16. num. 5. latè Possevin. in apparatu sacro, tom. 2. littera H. fol. 49. Bellarmin. de scriptor. ecclesiasticis. anno Domini 355. fol. 67.

**I**4 Ibi, Item opuscula Beati Ambrosij. De quo vide posita ad cap. Quadragesima, 4. dist. & de doctrina D. Ambrosij in qua excelluit, & de acumine dicendi, & interpretandi, vide Possevin. in Apparatu sacro, tom. 1. fol. 59. littera A. Eius opera ante multos annos Aldina emisit editio, subsecutæ sunt aliæ, tum in Germania, tum in Gallijs, anno autem 1569. Parisijs ex typographia Guilielmi Merlini, Sebastiani Nivelij, Michaeli Guillardæ, ea, quam Joannes Costerius, & Ioannes Guillotius viri optimi, emiserunt, ad vetustiora exemplaria emendata, perquisitis undiq; codicibus. Deniq; Felix de Monte alto Cardin. qui postea fuit Papa Sixtus Quintus, opera Ambrosij Romæ excudi curavit apud Dominicum Bassam, anno 1580. & tandem 1587. & observationes in omnia opera Ambrosij 6. tomis digesta, vide per Possevinam, ubi supra, fol. 62. & seqq. latè de beato Ambrosio, & observatione in eius opera. Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 374. fol. 75.

**I**5 Ibi, Item opuscula Beati Augustini. De quo vide posita ad cap. In istis, 4. dist. Divino autem miraculo tribuitur, quod scripta illius fuerint asservata, cum anno post eius mortem concremata Hippensi civitate à furentibus Wandalis, ijsq; Arianis, ipsa eius Hipponensis Bibliotheca illæsa permanserit; adeo capillus non perit de capite Sanctorum. De ratione intelligendi Augustinum, & de authoribus, qui libros, siue commentaria ex Augustini operibus conscientes, viam ad eius sensum assequendum, aut ad illius doctrinam propugnandam stravunt, vide Possevinum in Apparatu sacro, tomo I.

verbo, Augustinus, cap. 6. & 7. fol. 160. & paucorum aliquot locorum Augustini rectam explanationem è Cardin. Bellarmino, & è Sexto Senensi, & alijs. Vnde ipsius Augustini defensio in alijs plerisque colligi possit, vide eundem Possevinum, cap. 5. fol. 156. & cap. 9. fol. 164. & sequentibus. Porro anno 1571. opera Theologorum Lovaniensium factum est, ut eadem Augustini opera per eosdem castigata prodirent in lucem, ex officina Christophori Plantini typographi; deinde verò Parisijs 1586. cù additione nonnullarum aliarum homiliarum ederentur. Hæc autem opera à Plantino edita, omnibus prioribus editionibus esse præferenda, censuit Ioannes Molanus Lovaniensis. Plane de eodem Augustino, & observatione in eius scripta, vide latissimè Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 400. fol. 97.

**I**bi, Item opuscula Beati Hieronymi. Vide posita ad cap. Illud, 4. dist. Qualem Divus Hieronymus requirat lectorum suorum operum. Vide Possevini tom. 2. in Apparatu sacro, verbo, Hieronymus, cap. 2. & indicem eorum, quæ Divo Hieronymo falso ascribuntur, vide per eundem cap. 5. fol. 42. Atq; observata quedam post Marian. Victorium in operibus Hieronymi, cap. 6. ubi ex scriptis Baronij, & Bellarmin. multa restituuntur; de quibus omnibus est videndus Bellarmin. idem, de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 390. fol. 83. universa opera Hieronymi in novem tomos distributa Romæ excussa sunt. Primo à Paulo Manutio, hoc est primus, secundus, & tertius tomus, anno 1565, dejnde quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, & nonus, in ædibus populi Romani, anno 1571. & 1572. Parisijs item anno 1580. sed & anno 1565. Hieronymi epistolæ ad collationem veterum exemplarum multis in locis restitutæ, & in tres libros redactæ à Petro Canisio prodierant Dilingæ, in Germania, & Parisijs anno 1583. Lovanijs autem anno 1583. Antuerpiæ verò anno 1578.

**I**bi, Item opuscula Prosperi.

Prosper Rhegij Flaminij in Italia Episcopus, natione Aquitanus, Leonis Papæ primi quondam notarius, vir acris ingenij, dictionis pressæ, nervosæ, & elegantis, magnam cum vita sanctitate divinarum, & humanarum rerum eruditionem habens, scripsit in quinquaginta postremos Psalmos, hoc est a Psalmo centesimo usq; ad ultimum, brevissimos iuxta litteralem, ac spiritualem sensum commentarios, stricto, & arguto expositionis genere comprehensos. Item de promissionibus, & prædictionibus Dei, libros tres quibus omnia vaticinia, & pollicitationes de Christo, & Ecclesia in sacris literis expressas elucidavit. In poetica autem quantū valuerit testatur opera illius climatissimis veribus

## Prima pars Decreti.

38

sibus descriptis quorum numero sunt de Prudentia Dei liber unus, et alius de ingratis carmine heroico, ac liber epigrammaton, quem de sacris Beati Augustini dictis elegiaco versu magno lepore contexuit. Vide Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 5. ad finem; sane vero Tridentinum Concilium meritò damnavit eam sententiam, omnia peccatorum aut etiam infidelium opera esse peccata. Quanvis maximum Authorem D. Augustin. lib. 4. contra Iulianum cap. 3. & lib. 3. contra 2. epist. Pelagan. cap. 5. & Prosperum. sentent. 106. habuisse videatur. Planè Baron. Cardin. tom. 4. annualium, plura loca restituit in Prospero; de quibus vide Possevin. in Apparatu sacro, tom. 3. littera P. fol. 106. Optimè Bellarmin. de scriptor. ecclesiast. anno Domini 460. fol. 121.

**18** Ibi, Item epistolam beati Leonis Papæ. De quo vide posita ad cap. Hoc vestra, dist. 11. & addere Covar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 6. Leonis opera à Gerardo Vosio Belga recognita, & varijs additionibus sunt locupletata; cum antea idem præstare co[n]natus fuisset Laurentius Surius Coloniae anno 1568. apud Ioannem Birkmanum. Deinceps autem Canonici regulares sancti Martini oppidi & Universitas Lovaniensis, è manuscriptis codicibus, eundem emendarunt, atq[ue] edi curarunt Antuerpiæ apud Philipum Nutium anno 1583. cum eiusdem Leonis decretalibus, & familiaribus epistolis. Extat autem confessio Leonis magni ex eius operibus excerpta à Theodoro Petreio Campensi Coloniae impressa, anno 1604. Elenchum eius operum vide per Possevum in apparatu sacro, tom. 2. littera L. fol. 338. Bellarmin. de scriptoribus ecclesiasticis, anno Domini 440. fol. 119.

**19** Hæc epistola (de qua agit textus) data est ad Flavianum, non quidem privatim ad eum, qui probè catholicus illa minimè indigeret, sed ut publica, & communis omnibus, in plena Synodo Ephesina legeretur, de quo vide Baronium tom. 6. annualium, anno Christi 449. nu. 38. Fuit hæc epistola contra Eutychetem, & Nestorium. His adde morem fuisse tum Romanæ, tum omnium Occidentalium Ecclesiarum, eandem epistolam publicè legere in Ecclesia mense Decembri ante Domini Nativitatem; quo tempore à maioribus celebrari consuevit Domini adventus in carne, ut tradit idem Baron. nu. 41. ubi refert verba huius §. & integrum epistolam vide num. 45. & seqq. usq[ue] ad num. 58.

**20** At miraculum huius epistolæ Leonis refert Sophronius in Prae spirituali, cap. 147. in hunc modum. Narravit nobis, & hoc Abbas Menas eiusdem cœnobij Pater, audiisse se eundem Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham dicentem. Cum pre-

fectus esset Constantinopolim, fructus sui contubernio domini Gregorij Romani Archidiaconi, & singularis viri, qui narravit mihi de sanctissimo, ac beatissimo Leone Romano Pontifice, dicens haberi scriptum in Ecclesia Romana, quod cum scripsisset epistolam ad Sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum contra impios Eutychetem, & Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri, & orationibus, ac vigilijs, & jejunijs vacans, oraverit ipsum summum Apostolum, dicens; Si quid ut homo, vel minus caute posui, tu cui à Domino Salvatore nostro Iesu Christo, & hac sedes, & Ecclesia commissa es, emenda, post quartuor vero dies apparuit ei Apostolus, ac dixit. Legi, & emendavi. Sumensq[ue] epistolam de sepulchro beati Petri, aperuit eam, & iuuenit Apostolica manu emendatam. Hæc ibi quæ verba refert Baron. ubi supra, nu. 39. atq[ue] nu. 40. refert visionem Sancti Eulogij de hac ipsamet epistola.

**21** Ibi, Item opuscula, atq[ue] tractatus omnium Patrum. Ergo opuscula sanctorum Patrum Orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortio deviarent, nec ab eius fidei prædicatione se juncti sunt, legenda suscipiuntur; quod intellige ad usum lectio[n]is, non tamen ut non liceat aliter sentire, aut exponendo, aut interpretando. Approbat enim Gelasius Sanctorum virorum scripta, ut intelligamus ea ratione probari, quod catholicæ fidei minime repugnant, ut tandem nihil in eorum scriptis reperiatur, quod manifeste sit religioni christianæ contrarium, non tamen sic, ut omnia illorum dicta pro lege suscipienda fint, ac necessariò admittenda; vide posita supra nu. 7. Covar. d. cap. 16. nu. 6. post principium. Cæterum Patres antiqui quonammodo intelligendi, & ad usum adhidendi sint? Vide Sixtum Senensem annotat. 152. lib. 6. Bibliothec. sanctæ, late Possevin. in apparatu sacro, tomo 3. verbo, Patres antiqui, fol. 10.

**22** Ibi, Item Decretales epistolæ. De quibus vide posita ad cap. 1. infra, distincta.

**23** Ibi, Item gesta sanctorum Martyrum. Martyr græca dictio est, quæ latine testem significat: planè licet, & ipsi martyres propter veræ fidei, & christianæ religionis constantissimam confessionem dici possint confessores, quod Gelasius probat in praesenti, Ecclesiæ tamen traditione obtentum est, ut ad martyrum distinctionem, confessores dicantur illi, qui absq[ue] sanguinis martyrio, diem postremum obiere, moribus, & religione, atq[ue] miraculis adeo illustres, ut jure optimo Ecclesia eos in Sanctorum numerum retulerit, ac referen-

referendos esse decreverit. Vide *Covarr. d. cap. 16. num. 7.* in principio. Quænam in legendis martyrum gestis sint observanda? Vide *Poſſevin. in sua Bibliotheca selecta*, editionis Venetæ anno 1603. *cap. 21.* & vide eundem in *apparatu sacro tom. 1. verbo, apocryphi fol. 117. vers. Secundo*, ubi verba nostri textus refert.

**24** In eodem vers. ibi, *Nomina penitus ignorantur.* Illorum igitur martyrum historias Gelasius in Romana Ecclesia minimè legi asseverat, quarum authores prorsus ignorantur, atq; ideo paſſim videmus in Ecclesijs, præterim in officio matutino, legi multa de martyribus, & sanctis ex authoritate Doctorū Ecclesiæ Hieronymi, Auguſtini, Gregorij, Ambrosij, & aliorum qui ob vitæ integritatem, ob insignem religionis christianæ profissionem, digni sunt ut illorum testimonio utamur, & præterea ex ecclesiastica historia, maximè Eusebij, qui, & de martyribus opus quoddam scripsit, ut ipſe asseverat lib. 4. cap. 16. vide *Covarr. d. num. 7. vers. Quia latè, Poſſevin.* ubi proximè, *cap. 23.* ubi agit de martyrum gestis; unde sunt sumpta, & vide eundem in *apparatu sacro tom. 2. verbo, Martyres*, fol. 412. & *tom. 1. verbo, apocryphi*, vers. *Secundi generis*, fol. 117.

**25** In eodem vers. ibi, *Omni devotione veneramur.* Quanvis Gelasius admonuerat historias martyrum, quarum authores ignorantur, in Ecclesia Romana non legi, ipsos tamen martyres venerandos esse testatur, ac docet; unde impium est, ex eo hæreticos christianum populum avertere à veneratione Sanctorum, quod corum historiae, quæ vulgo circumferuntur, ab Ecclesia Romana minimè probentur. Tametsi non cogamur adhibere fidem ijs, quæ de martyrum gestis fuerint paſſim scripta, nisi et hæc fuerint ex traditione ecclesiastica planè recepta, aut Apostolicæ Ecclesiæ decreto probata, vide *Covarr. d. num. 7. ad finem. Poſſevin. d. tom. 1. fol. 117.*

**26** Ibi, Item *vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis.* *Divus Hieronymus, in lib. de scriptoribus ecclesiasticis*, asseverat scripsisse se *vitas Pauli, Hilarionis, & Captivi monachi*, atq; ita inter eius opera *tom. 1.* hi tres libri circumferuntur vulgo. Porro vitam Antonij, ex Athanasio græce scriptam Evagrius, & Hieronymus in latinum verterunt, quem Hieronymum, quoniam non solum sententias sententijs redidit, verum etiam, quia integrarem emisit,

propterea scripsisse vitam Antonij, ait Gelasius in praesenti: vide *Covarr. d. nu. 7. in fine. Baron. tom. 3. annalium, anno Christi 358. num. 24. Poſſevin. in apparatu sacro, tom. 1. verbo, Antonius, Aegiptius, fol. 100.* Cæterum ipſe Poſſevin. *tom. 3. verbo, Vitas Patrum*, fol. 355. existimat illum librum esse Evagrij Pontici Hyperboritæ, sive D. Petronij Bononensis, & aliorum, quem vide, & *tom. 1. verbo, apocryphi, vers. Deni, fol. 118.*

Ibi, Item *actus B. Sylvestri.* **27**

Laudat hoc in loco Gelasius, & probat actus beati Sylvestri, item historiam de rebus gestis à beato Sylvestro: tametsi asseveret eorum authorem esse incertum. Laurentius Valla in eo libro, quem adversus Constantini donationem debachatus scripsit; blasphemо animo asseverat, huius historiae scriptorem nebulonem fuisse, sed de hac controversia, donatione, & baptismo Constantini, videbis posita ad *cap. Constantinus, 96. dist.* Planè de his Sylvestri actibus est videndus *Baronius tom. 3. annalium, anno Christi 315. nu. 10. & seqq. ubi, nu. 14.* refert verba huius §.

Demum ut alia prætermittamus, omnem **28** de ejusdem Sylvestri actis disputationem, hac sententia claudimus: ut dicamus, ea quidem veræ accidisse, sed non in omnibus vera esse, quæ hodie extant, nimirum deturpata compluribus, quæ aliunde irreperunt, mendacijs. Quæ autem vera, atq; legitima erant, sicut ante Gelasium, tantum eis antiquitas detulit, ut cum Romæ, tūm in multis alijs Ecclesijs legerentur; ita post Gelasium tantum abest, ut illorum imminuta sit fides, ut absq; dubitatione eadem, pro veris, certisq; sint habita. Tradit *Baron.* ubi supra, *nu. 17. & anno 324. nu. 31. & 32.* Atq; de appendice, quæ ad actus Sylvestri posita est, sitne vera, an conficta? Vide per eundem *Baron. anno Christi 324. nu. 97. & seqq. ubi de draconе in specu Romæ morante, lethali halitu homines necante, cuius ora postea clauserit Sylvester, & æreis ianuis quibus claudebatur, signo crucis obsignatis, perpetuò cum ergastulo manciparit.*

Ibi, Item *scripta de inventio-* **29**  
*ne sanctæ Crucis.* Referunt antiqui Pa-

tres lignum illud fāctissimæ Crucis, in quo Christus pependit iudæorum, & infidelium industria sub terram fuisse absconditum, & in loco eius simulachru Veneris fuisse positum, ut christianis penitus esset ignotum, sicut fuit ad tempora Constantini, quo tempore non sine divino nutu, & admonitione, illud Helena investigatura Hierosolimam petiit, & ipso Deo juvante illud

## Prima pars Decreti.

90

tandem invenit. Retulit hanc inventionem Ambrosius in oratione de obitu Theodosij. Sozomenus in historia ecclesiastica, lib. 2. cap. 1. Theodoreetus lib. 1. cap. 18. Nicephorus lib. 8. cap. 29. qui authores non nihil inter se in historia narranda differunt, sed nulla est pars, quæ contrarietatem continet, cum omnia conciliari possint, ut per Suar. tom. 1. de religione, lib. 2. de diebus festis, cap. 7. n. 5. videre poteris.

**30** Quomodo autem potuerit ab Ecclesia festum initium propter inventionem Crucis, solum humana fide, & opinione cognitam, vel quid in illa inveniatur tanta celebritate dignū? Dici potest, inventionem Crucis, non tam fuisse fundamentum huius celebritatis, quam occasionem. In ipsa enim Cruce ratione illius, qui in ipsa crucifixus fuit, est per se sufficiens fundamentum huius festivitatis. Sed hoc antea solum siebat ab Ecclesia publico cultu in die Parasceves, cum mors Domini celebratur, ubi Crux speciali titulo populo adoranda proponitur. Postea vero occasione illius inventionis, nova festivitas in illius specialem cultum dedicata est. Prosequitur latè Suar. ubi proximè, nu. 6. & seqq.

**31** An hoc festum sit ex ijs, quæ jure communii celebrari præcipiuntur, & quando, & ubi latum fuerit hoc præceptum? Vide posita ad cap. Crucis de consecratione, dist. 3.

**32** In eodem vers. ibi, Et alia scripta de inventione capituli B. Ioannis Baptiste. Notant scriptores caput Ioannis Baptiste apud Sebasteum (quæ est Samaria) fuisse sepultum. Nam Herodias Ioannis reprehensionem quodammodo, etiam post capitulis refectionem, verita, coniungendumq; id rursus reliquo corpori timens, apud se remotis arbitris in absuriori regiae loco, caput sepeliendum duxit. Ita post Nicephorum, & D. Hieronymum, tradit Suar. de vita Christi, disp. 24. art. 6. ad finem, latè Baron. tom. 1. annal. anno Christi 33. nu. 1. 4. & 5. & de apparitione eiusdem Ioannis, vide Sophronium in Praetorio spiruili, cap. 1. quem transcripsit Baron. d. tom. 1. anno Christi 31. nu. 11. & seqq. ubi multa de Ioanne Baptista.

**33** Porro extat inter opera D. Cypriani tom. 3. tractat. de revelatione capituli beati Ioannis Baptiste, in quo longe describitur, ac depingitur tota hæc de revelatione capituli Ioannis Baptiste historia, conaturq; illius operis author probare, festum, quod Ecclesia celebrat quarto Kalend. Septembris, non esse dicendum decollationis Ioannis, sed collectionis, aut inventionis, vel revelationis capituli Ioannis, nominandum fore. Ceterum illud opus non esse Cypriani Erasmus asseverat. Etenim Marcellinus comes in chronicō narrat, sub Martiano Augusto, in-

ventionem capituli Ioannis Baptiste contigisse; eo ferè modo, quo apud Cyprianum scribitur; die vero 24. Februarij Vincomalo, Opilio-ne consulibus, anno Domini juxta Holoandri chronologiam 455. sed & Sozomenus Eccles. hist. author hoc multò vetusior, lib. 7. cap. 21. scribit à monachis quibusdam, sub Valente, Hierosolymis caput Ioannis Baptiste repertum esse, atq; inde illud allatum in Pantechium, quod est oppidum parvum, non longe à Chalcedone, donec Theodosius Imperator illud in Constantinopolim attulit, & de hac controversia, & eius authoribus vide Corar. lib. 4. variar. d. cap. 16. nu. 9. post principium.

Sed nulla est ferè historia, quæ tot obvolvatur ambagibus, & variarum dabitationum complicata sit nodis; etenim apud acta Matronæ Pergensis contigisse fertur, tempore Leonis Imperatoris, atq; Verinæ Augustæ, non cù primū apud Herodis regiam inventum est, sed cum in agro Emesæ civitatis repertum est; quare dicendum est duplē ab Ecclesia celebrari inventionem capituli Ioannis Baptiste, tam apud Græcos, quam Latinos, quarū prior illa dicitur facta ex ruderibus antiquæ Herodis regiæ; posterior vero ex agro Emesæ, unde translatum est Constantinopolim, in cuius solemnitate Ioannes Damascenus in cant. Eccles. ista habet. Sicut divinum depositum occultum terra, Christus detexit caput tuum nobis, o Prophetæ, & Præcursor: omnes igitur simul profecti, in huius inventione cantibus Deiloquis Salvatorem laudemus, salvantem animas nostras supplicationibus tuss. Ita habet Baron. tom. 4. annal. anno Christi 391. nu. 8. usq; ad nu. 12. & 13. ponit verba huius, §. quem videbis circa festivitatem, & historiam.

**Ibi, Item Ruffinus vir religiosus.**

Fuit Ruffinus Aquileiensis presbyter, sive monachus, quem cognomento Toranum, alij Tarrium scribunt; non minimam apud veteres laudem est consequutus, tum in divinis Scripturis interpretandis, tum in Græco, & Latinitate linguae eruditio non equidem vulgari. Habuit enim, teste Génadio, elegans ingenium in græcis operibus in latinam linguam vertendis; claruit aetate Hieronymi, cum quo graves exercuit simultates, quorum minor Gennadius nimium Ruffino tribuit, Hieronymo plurimū detrahens; non satis intelligens, quantum à D. Hieronymo Ruffinus absit. Sanè Ruffinus anno Domini 401. Anastasi verò I. Papæ quarto, ab eodem Pontifice max. damnatus est, Hieron. teste Apolog. contra Ruffinum, lib. 2. in principio. Deniq; anno 410. nono autem Innocentij I. Papæ mortuus est, cuius opera, quæ nunquam prodierant, sive ex parte separata habebantur, aliquando edita fuere, tandem simul omnia excusa, Parisijs an. 1580. apud Michaelem Sonnium:

nium: eiusdem in septuaginta quinque Psalmos Davidis commentaria, Lugduni apud Rovillium anno 1570. Vide Covar. d. cap. 16. n. 10. Baron. 5. tom. annal. anno Christi 410. n. 60. & 62. Possevum in apparatu sacro tom. 3. in verbo, Ruffini, fol. 168. qui errores Ruffini curiosè congregat, & textum refert. Bellarm. de scriptor. ecclesiasticis, anno Domini 390. fol. 92.

**36** Ibi, Item Origenis nonnulla opuscula. Fuit Origenes Alexandrinus, qui ob infatigabile studium Adamantij, & Chalcenteri, hoc est & nei cognomen est assecutus, modo sūm opere ab antiquis, & recentioribus Patribus, atq; doctoribus laudatus, modo acerri mē reprehensus, & hæreticus habitus, atq; damnatus; sed tamen nunquam ita proscriptis eius operibus, quin et legi, et cudi, atq; recudi possent. Discat verò quilibet, vel doctissimus timere, quando vir alioquin tantis ingenij, et (ut videri poterat) pietatis dotibus ornatus, corruit in errores, unde hæreses aliæ ex alijs pestilentibus exortæ, hodieq; varias provincias quaunt, ne et ipse sine duce timore Domini, atq; Ecclesia catholica, aberret; pro quo facit beatæ Mathildis revelatio, abea enim Christus Dominus rogatus, ubi esset anima Origenis, respondit. Quid benignitas mea cum anima Origenis efficerit, volo esse absconditum, ut nullus in sua scientia confidens audeat elevari. Ceterum licet Origenes habuerit multas hæreses, eius tamen opera à Divo Hieronymo approbata, ab Ecclesia recipiuntur, ut in præsenzi habes. De quo idem Hieronymus ait: *Origenes ubi bene, nemo melius; ubi male nemo peius scripsisse videtur.* Origenis condemnationem continet quinta Synodus universalis Can. 11. ut tradit Bellarm. de scriptor. Ecclesiast. anno 226.

**37** Ceterum de Origines scriptis, & vita, quiam pro eo, vel contra eum scripsere? Vide Possevum in apparatu sacro tom. 2. in verbo, Origenes fol. 518. & quando nonnulli errores, qui attributi sunt Origeni, excusentur? Vide per eundem fol. 520. & elenchem operum Origenis vide fol. 522. usq; ad 531. Clariuit Origenes sub Alessandro Mammæ filio, usq; ad Gallum, & Volusianum eius filium, idest usq; ad septuagesimum ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri, atq; ibidem sepultus anno à Christo nato 260. seu 256. ut habet Baron. tom. 2. annal anno Christi 256. n. 28. ubi plura de Origene. Vide Covar. d. cap. 16 n. 10. ad med. Henr. de fine hominis cap. II. n. 2. & cap 25. n. 6. Baron. tom 4. annal. anno Christi 388. n. 104. & anno 393. anno 9. tom. 5. anno Christi 402. n. 16. qui verba huius textus refert: de Origene quando se ipsum castravit, vide eundem tom. 2. anno Christi 280. n. 1. quæ castrationem occasionem dedit sectæ dictæ Eunuchorum, ut per eundem anno Domini 230. n. 5.

Item de Origenis excellentia in omnibus scientijs, vide anno Christi 220. n. 9. De laboribus etiam Origenis contra hæreticos vide d. n. & anno 229. n. 1. & anno 232. per totum.

Cum Parisijs anno 1512. sequentibus verò 38 hoc est anno 1536. Basileæ prodijssent latinè, item Venetijs commentaria Origenis, Ambro-  
sio Ferrario interprete, anno 1552, apud An-  
dream Spinælium. quin, & Salingiaci in Ger-  
mania anno 1537. Tropologiæ desumptæ ex  
Origenis commentarijs in Genesim, Exodum,  
Leviticum, Numeros, Iosuè, & Iudices: has  
omnes editiones aut nondum maturè expen-  
sas, aut versas in latinum, ab eis, qui sensum  
Origenis minus fuerant assecuti, exceptit Gil-  
berti Genebrardi editio Parisijs ex officina Pe-  
tri l' Huillter, anno 1374. Ad extremum re-  
cussa sunt Parisijs eadem Origenis opera, anno  
1604. omnia quidem, quæ proferri potuerunt.

**Ibi, Chronicon Eusebij Cæsa-** 39  
**riensis.** Quod scripsit Eusebius, & Hiero-  
nymus è Græco in latinum translu-  
lit, auxitq; Scindum etenim est (inquit Hierony-  
mus scribens Vincentio, & Galieno) me, & in-  
terpretis, & scriptoris ex parte, officio usum, quia &  
græca fidelissimè exp̄isti, & nonnulla, quæ mibi inter-  
missa videbantur, adieci, in Romana maximè historia,  
quā Eusebius, huius conditor libri, non tam ignorasse,  
ut pote eruditus, quam ut græca scribens parvū suis ne-  
cessariam perstrinxisse mihi videretur. Itaque & à Nino,  
& Abraham usq; ad Troia captivitatem pura Græca  
translatio est, à Troia usq; ad vicesimum Constantini  
annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, que de  
Tranquillo, & ceteris illustribus historicis, curiosissimè  
excerpsimus; à Constantini autem supra dicto anno, usq;  
ad consulatum Augustorū Valentis sextum, & Valen-  
tini, iterum totum memini est, quo fine contentus,  
reliquum temporis Gratiani, & Theodosij latioris histo-  
riae stylo reservavi. Hec Hieronymus.

Fuit Eusebius Cæsariensis Episcopus, qui 40  
& Pamphili dictus est, quod cum eo familiari-  
ter vixerit, quiq; Constantino Magno, & Con-  
stantio Imp. vixit, plura edidit, quæ plus & quo  
ladata ab Acatio, ab Eusebio Emisseno, à So-  
crate minus damnum afferrent, quod ij nota  
hæreses laborarunt: Georgius autem Trape-  
zuntius, Donatus Veronensis, Sixtus Senensis  
à suspicio qd; Arianismi eum liberare tē-  
taverunt: At Gelasius in præsentj eius librum  
singularē appellat, & Haymon Halberstadi-  
ensis de Eusebio Cæsariensi sic ait, in præfatione  
librorum Christianorum rerum memoria. Itaq;  
divino operi tuo, nitem non conseruo, sed te ipsum refe-  
ro, te inspiciens, te adoramus, quem penna penitus è ve-  
stigio sequor. Ceterum simplicitate nimia factū  
est, ut aliqui Eusebium inter sanctos retulerint,  
quod Petrus à Nat. in Cathol. Sanctorum lib. 5. cap.  
134. fecit, quod item in Vſuardum irrepit, &

in Monologium die 21. Iunij. Eccl. Eusebij congerit Baron. tom. 3. annal. anno Christi 324. Possevin. vbi infra, fol. 462. Mortuus est anno Christi 396. tempore Damasi Papæ, ut ait idem Baron. tom. 4. annal. anno 396. nn. 41. Observationes quasdam, ex Bellarmine, Baronio, & alijs, observatas ad intelligentiam Eusebij vide per Possevin. in apparatu sacro, tom. 1. verbo, Eusebius Cessatensis, fol. 466. cum quo prosequere. Adde Bellarmin. de scriptor. ecclesiasticis. anno Domini 326. fol. 56. Planè opera Eusebij Parisijs sunt edita anno 1581. apud Michaelem Somnium, & Coloniz Agrippinæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni anno 1581.

**41** **Ibi, Item Orosium virum eruditissimum.** Paulus Orosius presbyter, Hispanus genere, vir eloquēs & historiarum cognitor, qui adversum querulos, & infamatores christiani nominis, qui dicunt defectum Romanæ reipub. Christi doctrina invectum, libros septem scripsit, in quibus penè totius mundi, & temporis calamitates, & miseras, ac bellorum inquietudines explicuit. **Hic** est Orosius, qui ab Augustino pro discenda animi ratione ad Hieronymum missus, rediens, reliquias B. Stephani primi martyris. tunc nuper inventas, primus intulit occidenti, Bracharæ nostræ nimirum, ut palam faciam in historia mea Bracharensi, interim consule fr. Bernard. de Britto loco statim citando. Clariuit extremo penè Honorij Imperatoris tempore. Gennadius in Catbal. vixit ipse Orosius anno 421. ad quem usque suam deduxit historiam nimirum ad Valliam tertium Regem Gothorum in Hispania. De Paulo Orosio dicimus latius in historia nostra Bracharensi, quod illum Bracharæ natum, certe educatum putemus, interim consule fratrem Bernard. de Britto 2. p. monarch. Lusitan. lib. 6. cap. 27.

**42** **Quis etiam scripsit de libero arbitrio, & Apologeticum adversus Pelagianos,** de q. ratione, sive origene animæ; ac commentarios in Canticum Cantorum. Extant iij libri septem historiarum recogniti in Bibl. V.V. P.P. tom. 7. qui antea, hoc est, anno 1526. fuerant excusci Coloniæ, apud Eucharium Cervicorum. Ceterum scriptor hic acris judicij vir, brevi historia ingentem rerum supellecilem continet; quis tamen memoria lapsus videtur (inquit. Baron. Card. tom. 4. annal.) cum versus Claudiani de victoria Theodosij contra Eugenium referens, non videatur consuluisse Claudianum qui aliter habet. Vide Covar. d. cap. 16. nn. 11. Possevin. in apparatu sacro tom. 3. in verbo, Paulus Orosius fol. 26. Plane Orosius laboravit adversus hæreses Hispaniam labefactantes, ut tradit. Baron. tom. 5. annal. anno Christi 414. nn. 10. & 11. Porro eidem Orosio Sanctus Augustinus iniungit opus, ut suam historiam inscri-

beret, ut per eundem Baron. nn. 14. de quo Orosio vide etiam Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno 425. fol. 112.

**Ibi, Item venerabilis viri Sedulij.** 43

Hic est C. Cælius Sedulus Scotus presbyter, scripsit mirabilem divinorum, sive operis Paschalis ad Macedonium Abbatem poematum libros quatuor, eodem item argumento soluta oratione libros quinq; ex vetusto manuscripto codice, Petri Pythei studio, & notis Luteri extant in tom. 8. Bibl. V.V. P.P. Bignai. Quin & in eundem Sedulium extabant antea enarrationes Antonij Nebricensis. Ac de Sedulio quidam ita Isidorus in Catalogo. Sedulus presbyter edidit tres libros Dactylico, Heroico metro compositos; quorum primus signa, & virtutes veteris testamenti potentissime resonat, reliqui vero gestorum Christi Sacraenta, & miracula intonant. Vide Gregor. Gyraldum de vitis Poetatum. Covar. d. nn. 11. ad med. Possevin. in apparatu sacro, verbo, Sedulus, tom. 3. fol. 201. Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini 430. fol. 112. At opus Paschale extat impressum Hispali per Meynardum Alemanum, anno 1494. cum epistola fratris Adolphi Ordinis Prædicatorum, ad Franciscum Guiflin archipresbyterum Salmant.

**Ibi, Item Iuvenci.** Fuit Iuvencus 44

presbyter, poeta christianus natione Hispanus, quatuor libros de historia Evangelica carmine conscripsit; quo de viro sic varijs in locis ait Hieronymus de viris illustr. Iuvencus nobilissimi generis Hispanus presbyter quatuor Evangelia hexametris versibus ad verbū, pene transferens, quatuor libros composuit; & nonnulla eodem metro ad sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino Principe, & in epistola ad Magnum urbis Oratorem. Irenicus, inquit, presbyter, sub Constantino hisloriam Domini Salvatoris versibus explicavit, nec periret Evangelij majestatem sub metri leges mutare. Item super Matthæum pulcherrimè ait, munerum Sacraenta Iuvencus presbyter uno versiculo comprehendit dicens.

Aurum, thus, myrram, Regiq; biminiq; Deaq; Dona ferunt.

Sic Hieronymus. Quem vero fructum speraret ex hoc opere Iuvencus, ijs prologi versibus docet: quibus sic inquit.

Quæ si tam longam meruerint carmina famam,  
Quæ veteranum gestis hominum mendacia neclara  
Nobis certa fides aeterna in secula laudis  
Immortale decus tribuet, meritorumq; rependet.

Claruit anno 330. extat vero in tom. 8. Biblioth. V.V. P.P. edit. 2. Vide Covar. d. cap. 16. nn. 11. ad finem. Possevin. in apparatu sacro, tom. 2. fol. 319. Baron. tom. 3. annal. anno Christi 337. nn. 48. ubi huius textus meminit. Bellarm. de scriptor. ecclesiast. anno Domini 330. fol. 57.

45 Ad medium textus in §. Cæterum, qui ab hæreticis. Agit Gelasius in præsenti de libris, qui apocryphi ab Ecclesia dicuntur. Cæterum apocryphorum librorum duo sunt genera; quædam apocrypha dicuntur, quorum author est ignotus, sed de veritate non dubitatur, de quibus agit *Glossa Vlt. in cap. Canonis, dist. 16.* & ibi videbis nū. 4. & vide etiam posita ad hūc textum nū. 24. & 25. quædam autem apocrypha dicuntur, quorum author, & veritas ignoratur, de quibus agit Gelasius in præsenti. Planè scriptores magno priscorum patrum studio, vel notati, vel proscripti sunt, ne quis falsa pro veris, incerta pro certis hauriret, atq; in catholicorum damnum abutetur. Verum de his libris apocryphis agunt in genere *Covarr. lib. 4. variar. cap. 17. nū. 1. Bellarmin. de Verbo Dei, tom. 1. lib. 1. cap. 20. per totum. Gretserus in defensione Bellarm. tom. 1. lib. 1. cap. 20. Canus de locis theolog. lib. 11. cap. 6. post medium, vers. Tertia regula. Possevin. in apparatu sacro, tom. 1. verbo, apocryphi, fol. 117.* hos etiam libros tanquam apocryphos enumera *Burchard. in suo Decreto, cap. 221. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nū. 48.*

46 Igitur vox, *apocryphus*, græca est, & rem occultam, ac reconditam significat. Porro ecclesiastici scriptores non semper eodem modo hanc vocem usurpant; interdum enim vocant scripturas apocryphas eas, quæ non est certum, an sint *Canonicae*, & *divinæ*; etiamsi satis constet nullos in eis errores inveniri. Sic Hieronymus in prologo *Galeato*, vult eos omnes libros, qui non sunt in *Canone*, esse inter apocryphos numerandos. Interdum autem vocant apocryphos libros, eos, qui errores admixtos habent; sic utitur hac voce *Origenes homil. 1. in Cantica*, *Hieronymus in epistola ad Letam de institut. filiar. & Augustin. lib. 15. de civitate Dei, cap. 23.* quam significationem secutus Gelasius in hoc Decreto de libris ecclesiasticis, eos libros vocat apocryphos, qui sunt editi ab authoribus hæreticis, vel certe suspectis, ut supra dictum est.

47 Ibi, In primis Ariminensem Synodum. Ariminense generale Concilium Episcoporum 600. sub Constantio anno 263. ut notat Hieronym. in *Chronico*, reprobatum est. Vide *Augustin. lib. 3. contra Maximum, cap. 24. Hieronymum contra Luciferianos, Ambrosium epistola 32. Ruffinum lib. 10. cap. 21. Socratem lib. 2. cap. 29. Basilius epistola 52. ad Athanasium.* Hoc autem Concilium, licet habuerit 600. Episcopos, partim Græcos, partim Latinos, tamen quia Romanus Episcopus, hoc est, Summus Pontifex dissensit, semper habitum est erroneum. Vide *Covarr. d. cap. 17. nū. 2. in principio. Bellarm. 1. tom. lib. 2. de Christo, cap. 28.*

vers. Nam Concilium. *Baron. tom. 4. annal. anno 365. nū. 13. Possevin. in apparatu sacro, tom. 1. verbo, Ariminense, fol. 126.* Adde ipsum Bellarm. lib. 1. de Romano Pontif. cap. 8. vers. At *Concilium*, & lib. 1. de Concilijs, cap. 6: vers. *Tertium generale.* Fuit autem Concilium Ariminense irritatum à Damaso Pontifice; de qua re vide epistolam Damasi ad Episcopos Myrici. *Bellarmino. d. lib. 1. de Concilijs, cap. 1. vers.* *Idem ad testimonium.*

Sed *Card. Baron. tom. 3. annal.* ait Concilium 48 Ariminense fuisse celebratū anno Christi 359. Constantij Imperatoris 23. & Liberij Papæ anno 8. apud Ariminum Italæ urbem, idque Tauro Imperatoris præfecto, ita habet d. anno 359. nū. 1. & 2. Quod verō ad numerum Episcoporum spectat, idem *Baron. variat. nū. 3.* concordat autem partem Episcoporum ex Arianis fuisse, illorumq; principes Ursacium, Valentē, Auxentium, Demophilum, & Caium; partim ex catholicis, quorū caput erat *Vincentius Episcopus Capuanus.* & nū. 5. agit deactis Synodi Ariminensis, & nū. 14. refertur sententia Synodi, & nū. 16. definitio catholicorum Concilij Ariminensis, & nū. 17. sententia Synodi in Valentem, & socios hæreticos, & nū. 37. lapsus Episcoporum in Concilio Ariminensi. Verum in quibus dicta Synodus Ariminensis dicenda sit catholica, aut reprobata; vide per eundem nū. 49. & seqq. quem omnino videbis.

Sancta Romana Ecclesia, spiritu Sancto 49 ducente, tantum *Actus Apostolorum* à Divo Luca scriptos approbavit, reliquos apocryphos esse decrenit. De his autem est videndus *Leo Papa epist. 93. cap. 15.* ubi scribens ad *Turibium Episcopum Asturicensem*, hæc ait. *Apocrypha autem scripturæ, que sub nominibus Apostolorum multarum habent sevinarium falsitatum, non solum interdicenda, sed etiam penitus auferenda sunt, atq; ignibus cōcremandæ; quanvis sint in illis quedam, quæ videantur habere speciem pietatis, nunquam tameu vacua sunt venenis; & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos laqueis cuiuscumque erroris involuant.* Hæc *Sanctus Leo*, quem refert *Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. n. 49.*

Ibi, Item itinerarij nomine Pe- 50 tri Apostoli, quod appellatur san-cti Clementis lib. 8. Hic liber apocryphus est, & sancte præter authoritatem Gelasij extat authoritas Eusebij lib. 3. de ecclesiast. hist. cap. 37. de Clementis Papæ operibus, nec ulla ibi fit huius operis mentio, imò Eusebius apertissimè fatetur, & sentit Hieronymus, aliquot libros vulgo legi huius authoris titulo, qui falsò illi fuerint suppositi. Quanvis ea opera, quæ Clementina dicuntur, existimet Nicephorus lib. 3. cap. 18. Divi Clementis esse, ab eoq; scripta fuisse, sed refragatur

gatur Gelasius saltem quoad itinerarium, & in specie tale itinerarium Athanasius in synopsi, & Leo Papa in epistola contra Nicetem, scriptis apocryphis annumerant. Hoc tamen opus Tritemius partitur in libros 10. quorum initium est. *Cum in urbe Roma, & à capite usq; ad calcem libri, nihil feré aliud enarratur, quam Petri, & Clementis peregrinatio ex Italia in Palæstinam, & ex Palæstina usq; Antiochiam.* Sané hoc opus aliquot ante annos sanctæ Romanæ Inquisitionis officium in indice damnatorum ab Ecclesia librorum adscribi iussit. Vide Covar. d. cap. 17. nn. 2. ad med. Possevin. in apparatu sacro tom. 1. in verbo Clemens. 1. vers. Cæterum Clementis fol. 335. Adde posita cap. Sextam infra dist. 16. nn. 2.

### Ibi, Actus nomine Andreæ.

Andræ Apostoli acta Nexocharidas, & Leonidas Philosophi sunt ementiti. Innocentius in epistola ad Exuperium, & Gelasius Papa in præsenti reprobavit. Philastrius etiam in Catalogo hæreſeon cap. 48. & Augustinus in lib. de fide contra Manichæos, figmenta fuisse Manichæorum scribunt id quod satis monstratur ex eo, quod scribit Eusebius Cæsariensis in 8. Ecclesiast. histrio lib. cap. 15. vide Covar. d. cap. 17. nn. 3. Possevin. in apparatu sacro tom. 1. verbo, Andreas Apostolus, fol. 81. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 34. nn. 235.

### Ibi, Actus nomine Phelippi

Apostoli. Phelippi Apostoli nomine confitum fuit à Gnosticis hæreticis Evangelium, de quo Epiphanius in primo Panarij, & Gelasius in præsenti, actus Phelippi refert in Catalogo apocryphorum. Vide Covar. d. nn. 3. Possevin. in apparatu sacro tom. 3. verbo, Phelippus Apostolus. fol. 76. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 34. nn. 235.

### Ibi, Actus nomine Thomæ

Apostoli. Thomæ Apostoli nomine confitum Evangelium ab hæreticis, & librum alterum, qui inscribebatur Actus Thomæ, inter damnatas scripturas reiecerunt Innocentius I. in epistola ad Exuperium. Augustinus. lib. 1. de sermone Domini in monte, & in libro contra Admantum, & lib. 22. contra Faustum, Epiphan. lib. 2. Panarij, Athanasius in Synopsi, Gelasius in præsenti. vide Covar. d. nn. 3. Possevin. in apparatu sacro, tom. 3. verbo, Thomas Apostolus fol. 295. Baron. tom. 1. annal. anno Christi 34. nn. 235. & vide infra nn. 76.

### In versiculo sequentibus.

Prosequitur Gelasius nomina librorum apocryphorum, qui falso Apostolis tribuebantur. At non tantum ut vidimus, Apostolorum

nomine aspidum ova (quod aiunt) foreshed supra posuerunt; sed etiam Christi Redemptoris nominis, librum de Magia ad Petrum, & Paulum Apostolos scriptum fuisse, quidam si- ve hæretici, sive gentiles, horrendè, plane, ac nefariè mentiti sunt; quos Augustinus turpissimi, ac patetissimi mendacij arguit, de consensu Evang. lib. 1. cap. 9. & 10. cuius verba refert Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nn. 50. quem vide.

### Ibi Evangelium nomine Tha-

dæi. Thadæi Apostoli nomine confitum Evangelium in præsenti reprobatur, cuius meminit Possevin. in apparatu sacro, tom. 3. verbo, Thadæus, fol. 268. Nec etiam improbi hæretici pepercérunt Thadæo, cuiusquaque nomine hoc pseudoevangelium promulgarunt, de quo videbis Baron. 1. tom. annal. anno Christi 44. num. 48.

### Ibi, Evangelium Thomæ. Sub 56 titulo

Thomæ Apostoli fuit à Manichæis scriptum Evangelium, quod hinc respuit Gelasius, de quo vide posita supra nn. 53. adde Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nn. 48. Covar. lib. 4. var. cap. 16. nn. 3. ad fin. Manichæos autem usos fuisse Evangelio Thomæ Apostoli, tradit D. Augustinus. in sermone 22. de Verbis Domini, imò, Cyrus Hierosolymitanus Cathechesi 6. scribit, hoc Evangelium à Thoma quodam Manetis discipulo descriptum.

### Ibi, Evangelium nomine Bar-

nabæ. Inscrifitur Barnabæ spurium à spurijs, & obscenis, eisq; hæreticis evagelium; quod una cum eo pseudoevangelio, quo Valentianiani hæretici, & Sabelliani usi sunt, quod dicebatur Ægyptiorum, nomine Marci confitum, detestatur noster Gelasius. Fuit Barnabas Cyprius unus è septuaginta discipulis, ut Eusebius lib. 2. cap. 1. Epiphanius lib. 1. cap. 22. satis indicarunt, à Gamiele una cum Saulo, & Stephano litteris imbutus; translusisse dicitur ex Hebræo in Græcum Matthæi Evangelium, ut refert Theodorus lector in l. 2. Collectaneorum, vide Baron. tom. 1. annal. anno Christi 44. nn. 48. & anno 51. nam. 51. quem legit. Adde Possevin. in apparatu sacro, tom. 1. verbo, Barnabas Cyprius. fol. 181.

### Ibi, Evangelium nomine Bar-

tholomæi. Bartholomæi Apostoli nomine, hæretici evangelicam confixerunt historiam; quam æque cum cæteris, Gelasius rejecit. Planè licet non scripsisset Evangelium, tamen scriptum a Matthæo secundi detulisse ad Indos profecturus, atq; illis reliquisse, scribitur ab Eusebio lib. 5. cap. 10. & Hieronymo de scriptor. ecclesiasticis. vide Baron. tom. 1. annal.